6 in eligendo peritos, iudex eliget, ſm Io. An. in Spe. ti. de homi. §. 1. ver. sed pone, & Bar. in l. 2. §. ex hoc rescripto. ff. de uen. in spi. & est casus in l. 3. in vlt. rñso. C. fi. reg. Faciunt no. per Bar. in l. in vẽditione. §. fi. de bo. aut. iu. possi. per illum tex. dum ponit, ꝙ si canonici discordant in aliquo eligendo, superior eliget, & ĩ aliis exemplis, de quiquis ibi, sil'e dicit Spe. de eligendo ꝯsultorem, in ti. de reg. cons. post prin. & Bal. in l. hac l. C. de sen. ex bre. reci. & alias dixi in c. 3. de iure. patro. sec⁹ aũt, si partes ꝯcordãt, ꝑ l. hac edictali. §. his illud. ibi, quos vtraq; pars elegerit. C. de

* Consi. Adde quod iste sensus est intricatus; ideo dicas. & do. de Ro. cõcl. 441. quos sequitur Dom. in d. §. cũ vero. et adde quod ibi Do. in 3. col. in fi. dicit. Ro. teneri, quòd si impetrãs iurat corã Auditore dato in curia, quòd nõ põt obtinere iustitiam in partibus, ꝙ pars aduersa nõ admitteretur postea ad probandum cõtrarium. vi. ibi, quia multa pulchra ponit. & allegat Ro. alibi, cõcl. 52. sed restituendo Dom. ibi, & Feli. hic, dicas, quòd neuter bene allegat, nam istæ decis. sũt altera. 42. alias. 3. de rescr. in nou. in ca. si impetretur, altera uero. 479. alias 61. eo. ti. in antiq. in c. nota quòd ubi quis. et utrobique tenent, quòd iurãtis se iustitiæ cõplementũ in partibus consequi posse nõ sperare, creditur, nec auditur volẽs ꝓbare cõtrariũ. et hęc nota, qa utilia

de secũ.nup. Et sis cautus, quia nõ sufficit, ꝙ pars ꝯducat medicũ ꝑ viã testimonij, sed opus est, vt iudex imponat relationẽ, & ipsemet medicũ, vel aliũ peritũ examinet, & examinatus reddat cãm dicti sui. Et de hac inquisitione iudicis fiat mentio in actis, ſm Bal. & Ang. in d. §. semel. C. de re mi. li. 12. & Angel. in d. §. his illud. & Ana. in d. c. significasti. & Bal. hic ꝑ tex. quẽ dicit vix reperiri alibi, in l. 1. §. 1. ibi, late sumptæ. ff. de ven. ĩspi. Et per hoc, ꝙ partes possint eligere, nõ est suspicio fraudis, quia iudex approbauit ꝑ d. l. 1. cũ gl. Qđ intellige sane in facto depẽdente à plena facultate partiũ, alias iudex ex offõ illos deputat, ſm do. Ab. & do. Bñdic. hic per tex. optimum in c. cãm. ĩ. eo. ibi, deputare curetis. ¶ Et scias unum valde pulchrũ, ꝙ tales periti ꝯpelli non pñt ad sumendũ istud officium referendi, qđ sentiat, ſm do. Ab. sing. ĩ c. cum dilectus, el j. ĩ. de pur. cano. per id, qđ dr̃ ibi in c. ꝑcedenti. de ꝯpurgatorib. q ꝑꝑ metum periurij non ꝯpellunt̃, qđ non legi alibi, & facit, qđ no. Bal. in l. rẽ non nouã. C. de iu. dicens, quem nõ teneri ad exprimendum motũ cõsciẽtiæ suæ, sed istud ꝓcedere forte, vbi alij periti possent adhiberi, sed si ex hoc deberet veritas occultari, nõ credere ꝓcedere, ꝑ id, qđ no. Host. & do. An. ĩ c. j. ĩ. đ tes. cog. dum dñt, ꝙ ꝑsonæ priuilegiatæ, vt non teneant̃ testificari, pñt ĩ defectum aliorũ cogi. Et adduco optime, qđ scribit gl. in l. 2. C. de ꝓx. sa. scri. li. 10. volens Doc. posse ꝯpelli ad ꝯsulendũ in cã. Et no. Bal. & Sal. in l. sancimus, C. de aduo. diuer. iu. & do. An. & Im. in c. si pro debili. ĩ. de of. dele. Et ad illud de ꝯpurgatorib. dicit secus in eis qa officium eorum est ad rñdendum suꝑ valde dubiis: imo occultis, in quib. rõnabil'r timẽt credulitatem suam posse errare. Sed dic, ꝑsupposita debita peritia, excusãt deponẽs, iuxta quãtitatẽ ingenij sui informati ex reb. apparẽ

7 tib. iuncto discursu mentis. ¶ Scđa ꝯclo. Medici, † vel alij periti dñt esse plures, saltem duo: ꝑ tex. d. c. significasti. iuncta rĩa, pluralis. de reg. iu. ĩ 6. Facit tex. in l. lex, q̃ tutores. ibi, multorum testificatione. C. de admi. tut. Idem Bar. & Bal. in proœmio ſtorum, in fi. ꝑ d. l. semel. & Sal. ĩ l. cõparationes. C. de fi. istr. & Ang. in Aut. de non alie. §. ꝙ aũt. ¶ Fallit primo ista cõclusio in perito, q ad hoc esset salariatus à populo, ſm Bar. in l. 1. ꝑ illũ tex. C. de põd. & au. col. li. 11. ¶ Fallit scđo, nisi partes cõtẽtarent̃ de vno. l. 1. §. fi. ff. de ver. obl. & ibi late no. Ro. Idem Ang. ĩ d. §. qđ aũt. per l. Theopõpus. ff. de do. ꝑleg. & no. Bar. in d. proœmio ſforũ, & Do. meus hic, dicens esse casum in l. si irruptione. ff. fi. reg. & in c. qa indicante. ĩ. de ꝑsc. & facit, qđ no. Bar. in l. fi. ff. de ꝑt. stip. & In. in c. 2. ĩ. de fi. instr. ¶ Fallit tertio, nisi in loco reperiret̃ solum vnus peritus, ſm Bar. in d. semel. per tex. in d. §. qđ aũt. cui credat̃, si vnum solũ ciuitas haberet. Idem expresse Bar. ĩ l. 1. ĩ fi. ff. de ver. obl. & in l. si in rixa. in fi. ff. de sica. & in trac. suꝑ tit. de test. in verbo, lata culpa. Facit, qđ no. Bal. ĩ l. 1. C. vñ vir & vxor. vbi dicit, ꝙ statutum reqrens cõsensum propĩquorum, verificabit in uno, si plures non extant. Facit, ꝙ no. Bal. Inst. de ver. obl. in fi. prin. post Bar. in l. j. ff. eo. dum dñt, ꝙ iudex examinans Vltramontanum adhibebit vnum interpretem, si plures non ꝑt ĩuenire. vñ pulchre dixit Bal. in l. idemq; in prin. ff. pro soc. ꝙ lȝ maritus teneat̃ soluere medicum pro vxore ĩfirma, l. si ab hostib. §. si vir. ff. sol. ma. tñ si in loco nõ est medicus nõ tenet̃ accersere extraneum. Sed hanc fallentiam limita, nisi occurreret casus valde arduus: * puta si ageretur de morte hoĩs, qa oportebit mittere ad alia loca, vt cõpleatur numerus peritorũ, ſm do. Ab. & do. Bñd. hic late per c. suggero. 3. q. 8. & c. j. 65. dis. Facit vltra ipsum, qđ nõ. Bar. ĩ l. j. de cano. larg. ti. li. 10. vbi dicit, ꝙsi officialis vnius prouinciæ deficit, dẽt alius adiri Dicas tñ, ꝙ si oporteret alium cõducere ex loco valde remoto, ñ procederet ista op. per tex. valde sing. in c. vnico in fi. ne sede vac. ĩ 6. & no. Do. meus hic, maxime, qñ ille ꝑsens esset valde peritus, ſm eum per l. septimo mense. ibi, doctissimi Hippocratis. ff. de statu ho. & no. Ang. in l. hac edictali. §. his illud. pal. & in Aut. vt ꝑpo. nomen im-

* Arduus. *Adde Alex. in l. 1. §. fi. de uer. oblig. & in consi. 148. inc. Excellẽtissime domine. nu. 2. in 2. par.*

per. §. 1. Et volendo tenere, ꝙ nullo casu expediat mittere pro alio perito, si in loco est unus bñ peritus, posset dici, ꝙ iura allegata per do. Ab. loquuntur ĩ casu suo. Vñ ex quo iudex ad hoc lege nõ arctatur, rõnabile nõ vr̃, vt partes grauet superfluis expẽsis. Et dum dicit do. Ab. istã op. suã esse mentit. ſm Mo. hic ĩ extractis nouis, qa fuit dictũ do. Car. hic, ꝯ quem ẽt alle. Ang. in l. fi. C. de admi. tu. Sed melius cõsidera, qa rñsiones do. Ab. ad tex. in §. ꝙ aũt, & in c. qa indicante. non sustinerentur, qa negari non posset, ꝙ in illis casib. nõ posset agi de maximo ꝑiudicio. Iõ indistincte diceretur, & non male, sufficere in quocunq; casu vnum bñ peritũ, si plures nõ sunt

8 * in loco. ¶ Et † scias, ꝙ ille dr̃ peritus, q in arte sua bñ segessit, ſm Bar. in l. 1. C. de athle. li. 11. An aũt credatur dicenti se peritum? Dic, ꝙ sic: dummõ habeat vnum cõtestem, ſm Bal. ĩ simili, quem vide in c. 1. §. si instr̃m. ĩ ti. de notis feu. Et adde, ꝙ tales qualitates in dubio nõ ꝑsumentur in hoĩe, ſm gl. in ver. sciẽ. ĩ c. si forte. de elec. in 6. plene Bal. in c. fi. ĩ. de ꝑsumpt. ¶ Tertia conclo. Depo-

9 nẽtes † đ peritia artis suę, dẽnt iurare solum de credulitate, ſm Io. An. do. Ab. & Alios Doc. in c. fraternitatis. post gl. 2. ibi, ĩ. de fri. & Bar. in d. proœ. ſforum. & Ang. q etiam ponit đ Doctore ꝑsentante, ĩ l. si vacantia. C. de bo. vac. li. 10. & do. An. Ab. Im. & Bal. hic, & Bar. Sal. ĩ d. l. cõparationes. Bal. & Nic. de Neap. in d. l. 1. §. 1. de uen. ĩspi. ꝯ gl. ibi per Bal. in l. directas. C. de test. manu. & in l. nemini. ĩ fi. C. de aduo. diuer. iu. & in l. iudices. C. de sen. & Ang. in d. aut. ut præponatur. ĩ fi. qa deponens de peritia attestatur de credulitate, ſm Ab. ĩ l. sola. C. de tes. Bar. in trac. de teste. ¶ Et no. ꝙ ista conclusio fallit primo, nisi deponerent super re perceptibili, non solum iudicio intellectus, sed etiã aliquo sensu corporeo, ſm Bar. in d. l. Theopõp⁹. & Bal. in rep. l. 2. in 23. char. ff. de iureiu. & Ro. quem uide in d. l. j. §. fi. ff. de uer. obl. & Bal. q exemplificat in agrimensore, in d. proœ. ſforum. uer. circa sextũ. & in d. §. his illud. vbi dicit, ꝙ si res est perceptibilis oculata fide, tenentur iurare, ñ ꝙita credãt, sed ꝙita sit. Et istud limita non procedere in assumpto ad consulendum, ſm Bal. in d. proœ. ¶ Fallit scđo ista conclusio, nisi peritus assumeretur à partib. de cõi cõsensu, qa ñ expedit, ut iuret. Ita expresse no. Bar. in terminis ĩ d. l. Theopõpus. quasi in medio ibi, ꝯ prædicta, & c. Rñdet ad d. §. is illud. uel, ꝙ ibi erat assumptus de mãdato iudicis ab ipsis partib. uel, ꝙ expresse actum erat, ut iuraret. Hoc dictum seq tur do. Ant. in c. ueniens. el j. in ti. prox. Et iõ sing. dixit Bar. in l. Lucius. in fi. ff. de fi. ꝙ ubi fides alicuius est approbata ab utraq; parte, non reqritur, ꝙ dictum suũ sit iuratũ, de quo ẽt ꝑ do. An. in c. finem litib. in pe. col. ĩ. de do. & cõtum. ¶ Tertio fallit ista cõclo, nisi cõmitteretur simplex declaratio alicuius facti alicui ut bono uiro, & ñ reqreret̃ peritia alicuius artis, ſm Bar. in d. l. Theopõpus. Ex quo ĩfert do. me⁹ hic, ꝙ eo. mõ, si modica peritia reqreret̃, qa res ẽet de facili ꝑceptibilis ꝑ artẽ: nã sine iurõ credit̃ ẽt nõ perito. Et alle. Bar. in l. de ætate. in pe. col. ff. de mino. ubi dicit, ꝙ ꝓbatio alicuius qualitatis ꝑ aspectum põt

* In loco. *Adde quòd statur dicto vnius periti, quando plures in ea ciuitate nõ reperiũtur, nec ẽ opus mittere ad vicinas ciuitates ꝓ habẽdis pluribus, ẽt in cã quãtumuis ardua & graui. et est cõmunis * opinio, secũdũ Ale. & Ias. in d. l. 1. §. fi. de ver. oblig. Sed ꝓ contraria opinione Ab. hic, vltra dom. Aucto. adde Aret. consi. 142. ex facto proponitur. col. antepen. vbi cõcludit, quod iudex debet laborare in probatione quæ fit per peritiam artis, habere maiorem certitudinem quę haberi possit, et istud maxime in causis arduis, & grauis preiudicij, in quibus maior cautela & diligentia reqritur, arg. tex. in l. j. § sed et si quis. de Carb. edic. et adde quæ de ardua causa no. per Doc. in l. admonẽdi. de iure iu. per Aucto. & Barb. in c. testimoniũ. ĩ 5. no. hoc ti. Anc. cons. 28. Rationes ĩductę. cir. fi. Bal. in l. parẽtes C. de testi. & in c. ad nostrã. hoc tit. Soc. cons. 17. supra dicta causæ. col. 2. ĩ fi. uol. i facit tex. ĩ l. propter litẽ. §. 1. de excusat. tu. et cap. 1. & ibi Doc. de rest. spol. cõclude tamẽ cũ Aucto. & cõmuni, quòd bonũ esset plures adhibere, si id commode fieri posset, alids iudex ad hoc non arctatur.*

etiam

ēt fieri ab imperito in arte, qñ est qualitas, q̄ cōiter solet innotescere oībus per aspectū. Et forte hoc casu intelligit iste tex. ad quē nemo rñdet: qa, ut hic dicit Io. An. uerbū, Testimoniū, ꝓprie denotat dictū nō iuratū, ꝑ c. tua. de coha. cl e. & c. Sed qm̄ posset negari, ꝙ ista mā sit ꝺ facili cognoscibilis, ꝑ c. nec aliqua. de quo in gl. iō dici p̄t, vbi ñ iurat de veritate, sed de credulitate, possit ēt dici testimoniū, qa ē impropriū in teste rñdere ꝑ verbū, Credo, vt dicet in c. quoties. ꝟ. ti. ꝑx. ñ deferī iurm̄ formale, qđ p̄statur testib⁹, nec dicūtur ꝓprie testes. Vñ dicit sing. ꝙ statutū puniēs falsū testē, ñ punit medicū, vł obstetricē, lȝ alias arbitrarie deberēt puniri. Et fm̄ hęc vltima uerba intelligo eūdē Bal. ī l. data opera. C. q accu. vbi dicit, testē deponētē ꝺ ꝑitia artis non excusari à falso: nec mirū, qa deponēs de credulitate pōt mentiri, & periuriū incurrere, qđ ex cōiecturis liquere pōt, fm̄ Bal. in l. ꝺ tutela. C. de in integ. rest. Subdit notāter Bal. hic, ꝙ post didicita iuramēta partis, tales ꝓduci pñt. qa ñ sunt proprie testes, ꝑ istū tex. Quod bñ no. ad alia. Nā ī casu istius tex. nō est mirū rōne m̄rimonij, per c. series. ꝟ. ti. ꝑxi. Et istis adde Bar. in trac. de test. ver. testis dicit, aliqua. vbi dicit. istos peritos assumi magis vt iudices q̄ ut testes. Pro quo facit c. qa indicāte. ibi agrimensoris diffinitionē. ꝟ. ꝺ p̄scrip. & l. certi iuris. ibi, iudicare. C de iud. Quartò fallit ista, ꝯclo, nisi iudex motu ꝓprio vellet ad dictū periti se informare: qa nō oportet, ut deferat iurm̄. Ita probat, qđ no. gl. sing fm̄ Bal. ibi in c. si duo. in ti. de pace tenen. q̄ dicit, ꝙ pōt sumi informatio teste nō iurato. Et idē sētit Bal. loquēs de ꝯsiliario assumpto à iudice in d. procemio ffoꝝ. Fallit 5. in ꝑito electo à populo ad certū officiū peritiæ suę: qa si iurauit à principio officij, ñ cogitur in sing. relationibus iurare, fm̄ Nic. de Neap. in d. l. 1. §. 1.
10 de ven. inspi. & Bal. ī d. §. is illud. Quarta ꝯclo. Si † apparet, ꝙ relatio peritoꝝ nō fuerit bona, vel ꝑꝑ eoꝝ imperitiā, vel aliter, dēt iudex reuocare sñiam ꝑꝑ cōsiliū magis peritoꝝ, fm̄ Io. An. singularissimè ꝟ. ti. de homi. §. 1. vers. sed pone A. in addit. Spe. per l. 1. C. si ex falsis instrumentis. quasi cōstito de falsitate primæ probationis debeat sñia retractari, iuxta l. imperatoris. ff. de re iud. & l. admonēdi. ff. de iureiu. & c. cām. el 1. ꝟ. de off. dele. & c. 2. ꝟ. de pur. uulg. ubi sunt optimi tex. & cum ista sñia ꝯcor. Bal. in l. si ab hostib. §. fi. ff. sol. ma & Roma. putans illud mirabile in d. l. admonēdi. do. Ant. & Imo. hic, & do. Fl. in l. si dñs seruū, cū l. seq. ad fi. ff. ad l. Aqui. & Ang. in l. qđ si nolit. §. si mācipiū. ff. de ędil. edi. & Bal. dicens, se vidisse in facto, in addi. Spe. in ti. de ꝯfes. & per Bal. & Sali in l. testiū. C. de testi. & Ana. in d. c. significasti. Mouentēt ꝑ l. si q adulterii. C. de adul. ubi est tex. aureus, ꝙ sñia absolutoria reuocatur, si fuerit lata ex p̄sumptione, q̄ ex noua p̄sumptione ꝯria fortiori ex toto tollit: qđ ualde
* no. ibi Bal. & Sali. Et ita est cōis * opi. fm̄ quam est notabilis theorica Iun. in c. tua. ꝟ. de coha. cle. & mul. in fi. 1. col. ubi dixit, ꝙ sñia lata ꝑ ꝓbationes priuilegiatas à iure, i. nō ordinarias, nūquā transit in rē iudicatā: & sequitur Roma. in l. admonēdi. & Ang in l. 1. in fi. C. sen resci. nō pos. inferens, ꝙ sñia lata ex probatione priuilegiata, à qua non pōt appellari ex forma legis vł statuti, semꝑ pōt retractari ꝑ viā querelę ostendendo de iniquitate. Ad idem, qđ no. do. Ant. in c. Quintauallis. infra, de iureiu. vbi dicit, sñiam arbitratoris nō trāsire in rē iudicatā. Ad idē, qđ no do Ant. ī c. si. in ult. col. ꝟ. de iureiu. & ī
11 c. cū uenerabilis. in fi. de excep. ubi dicit, ꝙ † si ꝑꝑ probationē vnius testis cū delatione iuramēti in supplemētū fuerit lata sñia, poterit ēt ꝑ testes retractari. Et ex istis intulit do. Ant. hic multū solenniter, ꝙ sñia lata ad ꝯsiliū sapiētis pōt reuocari ꝑꝑ ꝯsiliū sapiētioris. Et idē no. Bal. in c. ꝑ debilitate. in 2 cōmēto, ꝟ. de off. dele. Est uerum, ꝙ dom. Abb. dom. Bñdic. & do. meus hic recedūt à cōi opi. ex toto ꝑ multa: & rñdet motiuis istoꝝ, ꝙ sñia dēt retractari, qñ noua ꝓbatio est vera ꝯfundēs p̄sumptiuam. Sed ꝙ p̄sumptiua tollat aliā p̄sumptiuā, nō ꝓbat iure, secūdū eos, nisi sit p̄sumptio iuris & de iure, ꝓut in casu l. si q adulterii. C. de adul. Nec obst. c. fraterni. de frigi. qa spālę est ī cā m̄rimoniali, ꝑ c. lator. de re iud. Et dñt hic

Mod. in extractis nouis hāc opi. do. Ab. nunq̄ fuisse damnatā. Sed hoc ñ obst. tenent cōem. opi. ꝑ tex. quē dicūt oīb. ignotū, ī l. diui frs. ff. de iure pat. ubi dictū iuriscōsultoris, q scđo loco subtilius dixerit p̄ualet primo. sed ita bñ posset allegari tex. ī c. capellan⁹. ꝟ. ꝺ fer. vbi posterior sñia subtiliori nitiī rōne: & l. 2. §. neq;. C ꝺ vet. iu. enucū si. Postea rñdēt sigillatim oībus rōnib. do. Ab. & non dñt, ꝙ Io. de Ana. añ ipsos posuit ad literā istas rñsiōes ī d. c. significasti. Et qa extēsè ipsū videre potes, iō non refero. Sed ꝑ eius dicta remaneo cū cōi, maxime qa, ut ipse dicit, nō adaptant dicta do. Ab. ad l. si q adulterii. ubi nō ꝑ uerā probationē, sed p̄sumptiuam recedit a prima sñia. Et ꝓ hac parte facit tex. in c. cū dilectus. el 1. in prin. ꝟ. de purg. ca. ubi patet, ꝙ ꝯdēnatus, qa defecit in purgatione, p̄t iterū purgari nō obstāte sñia ꝯdēnatoria. Facit qđ no. Bar. in l arbitrio, circa med. ff. q satisd. cog. ubi dicit iudicē dicta peritoꝝ posse corrigere interrogādo peritiores. Sed qa do. meus hic adducit q̄dā iura ꝯ cōem, iō declinādo de ipsa potes dicere, ꝙ cōis opi. ē intelligēda trib. modis. Primo dūmō iudex vtatur moderamine adeo ꝙ admittat indifferēter secūdos peritos, qa eius officiū est resecare infinitatē ca. cum in multis. de rescr. in 6. fm̄ Ana. in d. c. significasti. Scđo intellige, nisi lex succurreret de alio remedio aduersus peritū q dolo, vel imperitia partē læsisset, ꝑut in l. si ꝑꝑ. iuncta l. si duobus § fi. ff. fa. erc. Tertio, nisi esset aliquis casus, ī quo lex antiqua, uel statutū ex iudicio peritoꝝ inuenisset certū remediū alicui causæ, quia si fit lex noua, per magis peritos nō irritabuntur gesta uigore primæ legis, ut l. cōparationes. C. de fi. instru. Nec mirū, ꝑ ea q̄ no. do. Ab. in d. c. capellanus. & Imo. post alios in c. fi. ꝟ. de ꝯstit. Vltimo in hac materia scias primo, ꝙ rōne nororietatis omittiī iudiciū ꝑitoꝝ, fm̄ Bal. in l. 1. C. vt q̄ desunt aduo. Scđo scias, ꝙ
12 † si periti discordant, statur peritiori,
* ꝑꝑ gl. in c. vt ueterū. 55. dist. si sunt pares, attēditur verisimilitudo, fm̄ Bal. ī c. 1. qui. mo. feu. amit. Oībus paribus fauetur reo, fm̄ Ro. ī l. 1 §. fi. de verb. obl. ꝑꝑ gl. ī c. clerici. 81. dis. Et dicit Spe. ī ti. de hom. §. 1. & ī ti de ꝓb. §. fi. uer. hoc quoq;. & dicta paucoꝝ peritoꝝ p̄ualent multis imperitis. Tertio scias ꝙ si dēt stari dicto medicoꝝ, sufficiet, ꝙ cōi loquela appellētur medici, ētsi nō sint Doctores fm̄ Bart. in l. sciendum. §. illud. ff. de ædil. edic. & Io. de Ana. in rub. de magist. Reliqua in materia dic, ut per do. Abb. qui exiit materiam.

* Peritiori. *Adde Alexand. in l. 1. §. fin. ff. de uer. obli. & plenius in l. si in rixa ad fin. ff. de sicar. & Bal. in procem ffoꝝ. per text. in l. Diui de iure patro. & Alexand. in l. iuris ignorantia. C. qui admitt.*

SVMMARIVM.

1 *Sigillo alieno utens vt falsarius puniendus est.*
2 *Exceptio alternatiua obscuritatem ꝑrit.*
3 *Oppositio generalis exceptionum an ualeat, & quid operetur.*
4 *Causa in dicto testis sufficit, ut uirtualiter intelligatur.*
5 *Negatiua qualiter probatur. & num. 6.*
7 *Actus qui dicitur esse falso gestus in collegio, qualiter probetur.*
8 *Reus criminalis qualiter possit condemnari ex indicijs.*
9 *Exceptio falsi non opponitur, nisi quando instrumentum est in iudicio productum.*

CAPITVLVM V.

Tertio loco. Singulares de uniuersitate pñt ad cōmodū vniuersitatis reꝓbaī istrm̄ falso ꝯfectū noīe vniuersitatis suæ. H. D. Et est notabilis doctrina, in qua multa ponunī extra mām, q̄ omittā. In tex. ibi, sigillo capituli. No. bñ, ꝙ in dubio sigillū inducit p̄sumptionē actus ueri, & cōsēsū illius, cui⁹ noīe sigillaī, nisi ꝯriū probetur. Hoc intellige, dūmō additur scripturæ, alias ē testis mutus & incertus, fm̄ Bal. ī ti. de pace Cōstā. in ver. sigillo. plenius dicet in c. post ces
1 sionē. ꝟ. e. & in c. 2. de fi. instr. In tex. ibi, amico suo signauit. erat iste punięd̄us, tāquā falsarius, c. tā literis. ī fi. ꝟ. ti. ꝑx. no. gl. in c. qñ. ꝟ. de his, q̄ fi. a pla. & uide gl. in c. in memoriam. 19. dist. & Spe. instru. edi. §. instrm̄. de uer. item quod sigillum. ubi impresio alieni sigilli reddit instru-

mentum nullū. Idē de citatione alieno sigillo sigillata, ſm Spe.in ti.de cita.§.iam.ver.lr̃is igit.nisi fieret mētio, ꝙ sigillū est alienū,* vt late ꝑ Io. Fab.ī §.pñt Inst.de test.& ibi ponit de test.de quo ꝑ Bar.& oēs in l.si unus.C. de tes. & de vsurpantib. hoc mō signa vel sigilla, vide Bar.in trac.de insig.Bal.in l. j.C.q̃ res ven.non pos.Io. de Ana.in c. accedens.de cri.fal.Bal.in disputatiōe, accusatus.do.An.ī c.cū dilectus. de ex ces.pl.Bal.in c.q̃to.de iureiu.Do.in ca. q̃cunq;.30.dist.Et ibi dixi,ꝙ delens arma alicuius,turbat eius possessionē. Facit doctrina Bar. ī l.eorū.ff.de pę.ubi dicit,ꝙ arma exitiorū dn̄t deleri. Et vide Bar.in l.eos.§.fi.ff.de fal.& Pe.de Anc.in c.vt Apostolicæ.de priu.in 6.ubi dn̄t,ꝙ vsurpans sibi doctoratū est falsarius.a Idē in clerico,q̃ nō solū dicit se clericū,sed ingerit se ī actib. ſm Bal. ī l. q sub ꝑtex. ī fi. C. de sacrosan.ec.Secus dicit,si solū diceret se clericū.Et idem de doctore, quo ad hoc, dicit do.Mar.ī c.j.quasi ī fi. de magist. Idē de eo,q dicit se comitē, dicit Bal.ī l.data opa.ī 18.col.q ac.Idē de supplicante noīe alterius,ſm Bal.in c.nōnulli.§ j.s̄.de resc.Idē in nuncio falso citāte,ſm Cy.Bal.& Sal.ī l.fi.C.đ req.reis. Idē ī leuante nomen alicuius de epistola,& apponente suū, l. Titio centū,cū esset Ro.ff.ad muni.&Bal.in ru.C.đ fi. inst.in 12.col.Idē de attribuentib. sibi dicta aliorū,aut sua aliis,ſm Do.ī c.humanū.in 4.col.j.dis.& vide ipsum in c. duæ sunt.45.dis. vbi dicit īponens sup ornamentis altaris insignia ꝑdit meritū,sed in hoc esset attendenda eius ītētio. Et de his alias plenius. In tex.ibi,adulterinū,vel furtiuū.no.ꝙ† ꝓcedit exceptio alternatiua,& ut intelligas, facias rl̃am in ꝯriū, qa alternatiua parit obscuritatē,c.vt qs duas.de ele.ī 6,plene Io.An.in rl̃a,in alternatiuis.ī Mercu.Et exceptio obscura ñ ꝓcedit,l.j.§. Labeo.& ibi Bal.ff.de flu.l.Titiæ.& ibi Bar.& Im.ff.de le.j.no.Bar.ī l.j.ff. de exce.in l.3.§.si duob.ꝑ illū tex.ff.de adi.le.Est tex. in l.ī le. ff.de ꝯh.emp.in l.3.§.ibidem.ff.ad exh.l.de ætate.§.nihil ff.de inter.ac.gl.in l.veterib.ff.đ pac.gl.fi.ī c.fi.de ap.Bal. in l.1.ꝓpe mediū,C.de ꝯd.ob turpē cau.l.1.in fi.C.vñ vi. in l.edita,in antep.col.C.de edē.Pe.de Anc.ī cl.ꝯstitutionē.de ele.Bal.ī §.exceptiones.Inst.de rep. do.Fl.in l.ī exce.ff.de exce.Bal.in l.eos.post prin.C.de vsur.do.An.ī c. dilecti.in 7.col.s̄.de iu.Fallit primo ſm do. An. hic,nisi in qualibet alternatiua ꝯcludaẗ ītētio excipiētis, ꝑ tex. hic,& in c.ex ꝑte.s̄.de resc.& in c.Ray.j̄.de test. & ī c.ex par.s̄.de fo.ꝯp.& vide Im.post do.An.in d.c.ex ꝑte.s̄.vbi idē tenent,& idē do.Ab.in d.c.ex ꝑte B.in 2.col.& In. in c.ex ꝑte Abb.j̄.de ver.sig.&Im.post do.An.c.plerūq; in 3.col.s̄.đ resc.& optime facit qđ no.Do.post Io.An. in c.1.in vl.col. uer.no.bñ.de pac.in 6. quē referā in c.in ꝑñtia.j̄.eo.Scđo fallit,nisi nā obligationis sit alternatiua,siue hoc surgat ex dispositione hoīs,vt in c.1.s̄.de pl⁹ pe.siue legis,ut in c.cū dilecti.& c.cū cām.j̄.de em.& vēdi.Tertio fallit,nisi alternenẗ duo,quorū vnū alteri inē, vt qñ accumulaẗ nullitas & iniustitia, ſm practicā, de qua in l.j.C.qñ ꝓu.ñ est neces.& in l.si expressim.ff.đ ap. & in c.dilecto.j̄.de ap.& in c.ꝯstitutus.s̄.de rest. in īteg. possent ēt ꝑdicta alr̃ limitari,vc3 in casib.in qb. ꝓcedit libellus alternatiuus,de qb.ꝑ gl.& oēs ī c.abbate.ī verbo,dñij.de re iu.in 6.& Bar.in l.& an eadē.§. actiones.ff. de exce.rei iu.& Ro.in l.2.§.itē si in facto. ff. de ver.ob. & do.An.do.Ab.& Imo.in c.ꝯstitutus.vbi bonus tex.& do.Ab.in c.fi.in 1.col.j̄.de frig.& Ro. in l. stipulationes nō diuidunẗ.in nl.char.de uer.obl.&Bal.& Im.in l.Gallus.§.si eius.ff.de li.& posth.& do.An.& do.Ab. in c.2 đ li.obl.cum ꝯcor.Et ꝑ prædicta inferẗ qđ† importet gñalis oppositio oīum exceptionum absq; specificatiōe,de quo ꝑ Ang.in l.1.ff.de exc.ubi dicit,ꝙ ꝓcedit,si eius gñalitati ñ fuit oppositum,& habeẗ ꝑ Bal.in l. fi. circa prin. C.de fidei.& diceẗ post gl.in c.pastoralis.j̄.de exc.Et dicit Bal.in d.l.Titiæ textores,ꝙ cautela aduocatorum in qua dr̃,post certas exceptiōes oppositas,& oēs alias exceptiones mihi ꝯpetentes oppono: operatur solū,ꝙ sic dicens ñ vr̃ se astrinxisse ad exceptiones oppositas ī spē, sed in termino alias poterit opponere.Et sequunẗ Ang. & Im.ibi,& no.Bal.& Ang.ī l.scire.§.sufficit.ff.de excu. tu.de aliis dispositiōib.alternatiuis,qñ valeāt,dixi alias late in c.cām.el 1.j̄.q fi.sint le.In tex. ibi fratres ad phibendū testimoniū.no. ꝙ de gestis in capl̃o staẗ dicto illorum de capl̃o,& ꝯfirma,ut in gl.2.& adde his,q̃ adducā in c.ueniens.el 2.ī vl.no.j̄.ti.ꝑx.Sed istud, ꝙ ubi māl̃r ꝓbari ñ ꝑt, testis ex toto ñ integer efficiatur integer ītellige sane ſm do.An.& Im.hic,qñ ex nā facti alii testes adesse ñ pñt,vt in exēplo istius literæ,& l.ꝯsensu.C. de rep.Sed si potuissent alij adesse,q̃uis nō affuissent,ꝑp hoc nō efficiuntur idonei alias inhabiles,qa fuerūt,qua si mā alr̃ ꝓbari nō possit,ne sequatur absurdū,ꝙ ubi solū inhabiles aliqd sciunt,illi sp̄ admittanẗ,qđ bñ no.Et ꝑ istū tex.dicit hic Bal.se ī facto pluries ꝯsuluisse, ꝙ ubi tractaẗ de interesse collegij,ñ ut singulorum,illi de collegio sp̄ sunt idonei testes.vñ īfert, ꝙ fratres ꝑdicatores pñt esse testes testī,in quo relinquit ecclæ fratrū.Et idē, si est qō de nemore,cuius fructus uenduntur ꝑ ipsa vniuersitate,& nō sunt deputati ad vsum hoīum,vel iumētorum uillæ.Et idem,vbicunq; nō est bursale interesse. Et adde tex.in c.insup.j̄.de test.vbi hæc mā apertius poneẗ.In tex. ibi,ſm assertionem testiū.no.bñ,ſm Bal.hic
4 ꝙ† l3 expresse non deposuerint ꝑ sensum corporis, nec de ipsorū præsentia,tñ tacitevidentur hoc dixisse,nā cū essent de ꝯuentu,& dn̄t, ꝙ vox unanimis ꝯuentus, &c. ꝓbāt de necessitate se ipsos fuisse præsentes,& sic, ubi testis nō interrogatur de præsentia,& loqtur assertiue prę sumitur fuisse præsens.Qđ dicit ualde no.ad qōnē q̃ habuit in facto, nā ad ꝓbandā emologationē laudi testes ꝓducti dixerūt uera eē.Interrogati đ cā sciæ,dixerūt partes dixisse,ꝙ erant ꝯtentæ.L3 ergo non reddant rōnem ꝑ sensum corporis & auditū,tñ benigna interpretatiōe inspecta satis uidentur hoc asserere. Nec est nouū,ꝙ ꝑp celeritatē loquutionis interdū media propositio retractatur.Idem dicit đ teste dicente ꝙ est publica uox & fama, & interrogatus de cā sciæ rñdet, ꝙ sic dr̃ ꝑ populū, nā l3 nō dicat se audiuisse,tñ subintelligiẗ,& dicit,ꝙ ad hoc ita bene facit istud capl̃um,sicut aliqs tex.q sit in iure.Bene faciunt no.ꝑ Bar.in l.liberorum.in ult. col.ff.de uer.sig.& in l.si qs filiab.in fi.ff.de test.tu.ꝑ Bal. in c.quāto.in fi.s̄.de iu.& in c.1.in prin. de suc. feu. & ī l.legē.C. de le.hęr.& do.Ab.in c.quoties j̄.tit.ꝑx.ubi habetur, ꝙ sufficit,ꝙ dicta testium ꝯcludāt, ſm cōem usum loquē
5 di.Et † ex isto tex.iuncta hac eleganti doctrina Bal.debes limitare,qđ ipse no.in l.cum hi.§.si ītegra.ff. de trās. & sentit in l.solam.C.de test.ubi dixit, ꝙ testes deponētes super negatiua debent reddere cām dicti sui, ēt non interrogati,qa non procedit,qñ deponunt taliter,ꝙ uerisimile est id qđ dn̄t faciliter esse sibi cognitum .hunc intellectum ad istum tex.tradit ēt do.meus hic, licet nō uiderit Bal.& dicit satis esse, ꝙ implicite uel explicite testis dicat se fuisse præsentem, & nō uidisse hoc fieri.* Ad quod ēt alle.tex.quem reputat sing. ad hoc in Auth. de hęredi.& Fal.§.hinc nobis.iuxta fi. ibi, se affuisse his,quæ gesta sunt, & uidisse,ꝙ sic agebatur, & dicit non esse opus,quòd dicatur, nec potuisset esse, quin uidissent, prout alias requiritur, & alleg.glos.in ca. clericis. 81. distin. & Bal. in l. 2. C. de bon.posses. secundum tabul. in qbus locis hoc non dr̃, sed est dictum dom. Car.cons.27.Erat autem uerisimile in isto tex. propter

* Alienū. *Adde Phil.in c.significauit.de appe.& sing.per Io. And.in c.2.de fi.inst. & Fir. in suo trac. de episco.& Bar.in l. ad testiū. de testi.*

a Vsurpās sibi doctoratū ē falsarius. *Adde tu, ꝙ appellans se doctorē,cū nō sit,punitur pęna falsi, q ītellige esse verū si doctorē se appellat,& aliquē actū facit doctori congruētē:secus,si simpliciter se doctorē appellat,l.si quis. alias, qsquis. C.de aquæ duc.lib. 11. Et hoc mō limitabis textū in §. fi. in l.eos.ff.de fal.et ibi Bar. & l.q sub ꝑtextu.C. de sacro san.eccl. quia non puniretur pęna falsi,sed extraordinaria. Et uide ꝑ Bar.in l.reddatur. C. de profes. & med. lib. 10.*

* Fieri. *Adde Quid si testes dicant, notarius errauit, quia non audiamus hęc verba sed quędam alia de quibus non recordamur, & probent negatiuā vel*

vel affirmatiuam, dic negatiuã, satis .n. est, q͡ testes dicant, rē nō ita gestã, prout cãtat instrumentũ, licèt ignorent qualiter res fuerit gesta, q͡ est singulare secũdũ Soc. cons. 171. inci. Diu profectò versi. cõfirma hoc circa med. 2. par. & ad materiã adde Ale. cõsi. 42. 4. par. & in l. 1. col. 7. ff. si cert. pet. & Paul. de Cast. consil. 273.

arduitatem rei, q͡ p̄sentes ĩtellexerũt, secus, si nō verisimile, pp̄ dictum Bar. ĩ d. §. si integra. Et facit q̄d no. do. Ant. in c. sup hoc. s̄. de renũ. & ibi Imo. vbi dñt, ñ credi dcō testis, q̄ d̄ponit sup facto nō verisimili, nisi assignet cãm facti. Et ex istis ɔsiderando bñ istũ tex. hẽs, q͡ si sunt aliqua facta, q̄ non ɔsueuerũt cõiter fieri oĩ loco & oĩ tpe, sed certo tpe, & certo loco, vt est cõgregatio collegij, q̄ fit solẽniter certo signo p̄cedẽte. l. 1. & ibi Bar. C. de decu. ita q͡ p̄sẽs in loco p̄sumit̄ hẽre notitiã, cùm ɔgregat̄ collegiũ, certe in istis factis, si illi, q̄ sunt de collegio, deponũt, q͡ nũq̄ est factũ collegiũ sine ipsis, credet̄ eorũ testimonio, lz deponãt de tpe non multũ coarctante. Et ad hoc dicit do. meus, se solũ poderasse istũ tex. sing. vltra oẽs, qm̃ rl̄r vbi aliq, q̄ non essẽt de collegio, vel q̄ nō haberent interesse huic facto, dicerẽt simpl̄r, non fuisse factũ unquã capitulũ. sup hoc talis negatiua mera nō coarctata redderet dictũ eorũ nullũ, vt est tex. valde singu. in c. cũ eccl'a. de cã pos. & p̄prie. de quo festum facit Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de iti. actuq; pri. & in l. i. in prin. ff. si quis ius dicen. nō obtẽ. & Ange. in l. si p alium. §. docere. ff. ne qs eum, q in ius, &c. & Ang. in d. §. hinc nobis, & Ang & Imo. in l. Pantoni⁹, §. rei, ff. de acq. hr̄d. cum ɔcor. Quas omnes habẽs solenniter limitatas ex isto tex. s̄m do. meum, ĩ quo ɔsidera, q͡ testes hic post negatiuam ponunt e ɔuerso affirmatiuam, ibi, volebant, & ideo succedit doctrina Bal. ĩ c. si qs p 20. si de feu. fue. ɔtr. & sequitur do. Ab. ĩ c. cum eccl'a, q͡ ñ attenditur sermo negatiu⁹ testium, qñ supponitur affirmatiuus, puta si dicat, Titius ñ possedit 20. an. sed Petrus bñ possedit: ex quo ĩfero, q͡ ca. cùm eccl'a. ñ facit ad p̄positum. Glo. 1. ibi, indirectè. Dicit hic Imo. ultra alios, & sequitur

6 do. Bñdict⁹, q͡ † hic negatiua p̄t directe cadere ĩ sensum testis. Ideo p̄t p̄bari, nam potuit testis audire ita verbũ nolle, sicut verbum uelle, iō admittit̄ ad probandum se audiuisse canonicos dicentes se nolle alienare, & alleg. no. p Io. And. ĩ c. bonæ, el 1. s̄. de elec. ut hic dicit do. Ab. Non est hic locus illi mãæ, quał̄r negatiua p̄bet̄. Sed q̄a Bal. & Pau. de Leaza. hic in suo commento plene tangunt, collige solum remissiones, & vide Bal. plenè in l. actor. C. de p̄b. & ĩ l. q accusare, in fi. C. de ede. & Bal. in l. lz. C. de p̄c. & ĩ l. si ex cautione, ĩ vl. opp. & ĩ l. ĩ ɔtib. §. 2. de ñ nu. pe. & Ab. post alios in d. c. bonæ, vbi gl. plena, & gl. Ar. & Dom. in c. actor. 6. q. ult. & in c. j. ubi bon⁹ tex. d̄ ɔfe. in 6. & Cal. diffuse in disputatione inci. Capitulum petit fruct⁹ & oĩno Io. And. in regula, sine possessione, in Merc. Et vnum modum p̄bandi negatiuam ponit Bal. in l. 1. C. de sec. tab. & alle. tex. in l. nemini, C. de aduo. diuer. iud. & aliam gl. in Authe. de hr̄d. & Fal. §. si vero absunt, & ibi Ang. & vnũ, q ñ reperit̄ alibi, ponit Bal. post gl. fin. in l. 2. C. de ñ nu. pe. & unum in l. si ɔ. C. de p̄ba. & multos ponit Bal. in l. fi. C. de re. cre. & vnum Ang. in l. si uacantia. C. de bo. vac. li. x. & vide latissime vltra oẽs do. Maria. in commento. c. sup his, in 7. char. infra de accu. & magistral̄r Bal. Imo. & Ro. in l. illa, ff. de ver. obli. cum ibi all. p eos. Et de negatiua, q̄ est in vsu, vcz, itẽ q̄d

7 fuit & est absq; eo, &c. dicetur in c. lz. infra eo. Sed † aduerte, q̄a proprie tangitur hic, qũo p singulos d̄ collegio possit reprobari instrumentum, q͡ asseritur ɔfectum nomine collegii, in quo do. Ab. non tenet intellectum Innocentis, q͡ non reprobatur vere, sed præsumptiue, quasi pp̄ frequentem ɔdictionẽ, p̄sumantur de cõsensu numquam adhibito, q̄a si dubium est, qñ possit certa probatio reprobare instrumentum, ut hic in gl. ergo multo minus p̄sumptiua, sicut etiam dicit Bal. in l. p̄sbyt. C. de ep. & cl. quod instrum notarii non reprobatur p testes ñ reddẽtes cãm dicti sui, quia præsumptiue p̄bant, nō uere, nec placet ubi intellectus gl. quia potuisset aliqñ in hac materia capitulũ ɔgregãtum fuisse eis ignorantibus. Vnde dicit ipse, & sequitur do. Bñdic. q͡ isti deponẽtes ɔstituebant totũ capitulũ, vel saltẽ duas partes, sine q̄bus collegiũ nō ɔgregatur, l. nulli, ff. quod cuiusq; uniu. nomi. Et hoc sonat l'ra hic, ibi fratres, indeffinitè loquẽs. Sed certè ẽtsi minor pars esset examinata, puta duo, vel tres dè collegio, in isto casu reprobaretur instrum, q̄a, ut dicit hic do. me⁹, isti deponebant, q͡ quoties fuerat facta mẽtio de hoc in capitulo, sp̄ fuit ɔdictum, q̄a iste sermo ɔcludit, q͡ in oĩbus capitulis fuerat ɔtradictũ, & negãdo de oĩbus capitulis affirmauit implicitè se affuisse oĩbus capitulis. Non obstat q͡ nō coarctabãt negatiuam, &c. q̄a rñsum est s̄. Et iō p istũ tex. dicit Bar. quẽ Doc. hic ñ allegant, in l. si librarius. in fi. ff. de reg iur. q͡ vbi aliquid attribuit̄ vniuersitati, p̄ot probari p ipsos de vniuersitate rẽ sic fuisse, vel nō fuisse. Et sequit̄ Imo. in l. cũ p̄poneret̄. ff. de leg. 2. notãdo glo ibi, cũ Bal. vbi habet̄, q͡ si testator asserit se errasse in gestis p se in testamẽto, ei credit̄, de quo ẽt p Bal. in l. Imperator. ff. de sta. homi. & in l. fin. C. de testa. & in l. 2. C. cõmi. vel epist. In gl. 2. in fi. Pōdera istã gl. vt p Fede. cõs. 119. incip. Nulli dubiũ. & p Lap. alleg. 114. inci. Mulier in ɔfessione. & p do. Ab. hic, cuius dicta melius cadunt in c. insuper. j̄. in ti. proxi. & ibi re-

8 seruo. ¶ In † gl. fi. ibi, in prin. Et indicia instãt hic magis quã opporteat Do. An do. Ab. do. me⁹

* & alii no. an, & qñ pp̄ indicia * possit quis de crimine ɔdẽnari, & extẽdũt se in dictis Io. An. in addi. Spe. in ti. de p̄bat. §. fi. ver. 13. & est materia valde vtilis ĩ qua vltra eos plura adduci possẽt: sed qm̃ do. Ab. met. dolet nimis extra propositũ se extendisse, & quia non est meũ tangere materias aliquo vtili omisso. iō ne sit plenior decret. in mã impertinẽti, q̄ in propria, examinabo diffusè in c. q̄a verisimile. j̄. de p̄sum. vbi Inno. solẽniter ponit. Sed p̄ nũc vide tex. in c. insinuatũ. de symo. in ca. cũ ɔtumacia de hæreti. in 6. ĩ c literas. de p̄sump. in c. p̄ humani. ad fi. de homi. in 6. in l. ɔsiliarios. C. de asses. in l. si q̄ adulterij. C. de adul. & ibi Bal. & Sali. & Bal. & Roma. in l. excipiunt̄, ff. ad Syll. & Bal. in l. j. C. de collus. deteg. & Bal. Ang. & Sal. in l. sciãt. C. de probat. & Oldr. consi. 210. & Bal. in l. neq; natales, C. de prob. & in c. tuæ, s̄. de proc. & in l. nō hoc. C. vnde cog. & in l. multum, C. si qs alte. vel sibi. In eadẽ gl. ibi, in antiquis. n. limita hoc dictũ primo, dũmō instra antiqua nō steterint in occulto sed in registro, p̄ut loq̄tur l. Celsus, cum sua gl. ff. de p̄b. Sec⁹ si stetissent ĩ secreto, s̄m Bal. hic, q̄a qui malè facit, odit lucẽ. allegat ipse ca. j. infra ne sede vacã. Ad idẽ c. cõsuluit. supra de off. leg. ¶ Scd̄o limita, nisi essent testes no. q̄ bñ dixerint se recordari, & ñ esse adeò longũ tp̄s, qm̃ possent recordari, s̄m Imo. hic p c. omni. j̄. ti. p̄x. In ea gl. ibi, cõsiderabit iudex. Dicit Bal. hic, q͡ lz tota ista gl. sit multũ notabilis, tñ in ista parte est notabilissima, & facit l. 3. §. tu magis, ff. de testib. s̄m eũ. Sed principalẽ mãm gl. qñ testes ɔdicunt instr̄o, plene ponũt Bar. & Imo. in l. j. ff. quẽad. test. aper. & omnes in c. cum Ioa. j̄. de fide instru. & ibi dicetur. Nec teneas arg. gl. circa fi. dũ requirit quatuor testes ɔ instrum, quia non est verum, q͡ tabellio habeat uim unius testis, cum non posit duplici officio fungi, ut diximus in c. 3. supra eo. Extra † gl. no.

9 q̄dam dicta Bal. hic, nam p istũ tex. in uerbo, quo exhibito. dicit, q͡ exceptio falsi non opponit̄, a Dictum testis. nisi cum instrum est in iudicio produ ctum. Facit l. si uteris, C. de fide instru. Item dicit per istum text. in uerbo, iurati dixerunt, q͡ sufficit testes esse productos & iuratos, lz citati non fuerint allegat gl. sing. in l. post legatum, §. his uero, ff. de his, qui. ut ind. de quo dicet̄ latè in c. j. ti. prox. Item dicit, q͡ unus notarius subscribens se instr̄o alterius notarii malæ famæ, fidẽ eius ɔfirmat, & dicit eẽ tex. sin. ĩ l. si qs ex argẽtariis ĩ

a pri. ff. de edẽ. ubi dictũ testis a ĩhabilis su

* Indicia, *Adde pro hac materia Paul. de Cast. consi. 196. & singul Alex. consi. 42. 2. parte consi 77. 1. par. & consil. 93. & in l. sufficit. ff. de quæst.*

a *Adde tu, q͡ Fulg. in l. 1. C. de test. dicit, q͡ dictum Bal. in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur ff. de eden. procedit, quando alij testes recepti sufficiebant absq; isto inhabili, aliàs sequeretur, quòd si in testamẽto essẽt*

 sex

sex testes,& septimus inhabilis, testamentum valeret,& quod defectus illius septimi testis suppleretur per numerum aliorum, contra l.hac consultissima in uer.septem testib. ciuibus Romanis. C.de testa Et sic Ful. limitat dictū Bal.in d. l si quis ex argentarys, §. cogentur. per supredicta.

stentat̄ p testem habilem,quē tex.not.
ēt Ang.cōs.j.& Sal.in l. in bonæ fidei.
C.de reb.cred.Est gl.in l.3.§. duæ cāæ.
in ver.eandē fidem, ff. de Carb. edic.
Et istud,quod dicit Bal.hic, posuit ēt ī
l.impe.circa medium,ff. de sta. homi.
¶ Sed limita,nisi esset casus,in quo ex
forma legis, vel hoīs requirerent̄ duo
testes,qa testis vterq; erit ꝓbatæ vitæ,
s̄m ipsum hic per l. Cassius ff. de sena.
Itē dicit Bal.hic,ꝙ ex renunciationib.
insolitis est præsūptio ꝯ instrumentū.
Allegat gl.2.in l.si quis sub condōne,
ff.de ꝯdi.insti.Facit,quod ipse no.in l.
3.C.plus vale.quod agitur.vbi dicit,ꝙ
illa verba,Volentes vsurā euitare,&c,
sunt signa vsuræ commissæ.

S V M M A R I V M.

1 *Vt asseris,hęc verba debent dici ab eo,qui non vult videri approbare sermonem alterius.*
2 *Testis non iuratus auditur,vbi agitur de crimine impediendo.*

CAPITVLVM VI.

Vrauit. ¶ Vbi agitur de matrimonio
ꝯhendo,probato impedimē-
to & attestationib.publicatis, alij testes su
p defectu impedimenti non admittunt̄.H.
1 D.¶ In tex. † ibi,vt asseris,ex quo sis caut⁹,
no.ꝙ qui non vult videri approbare alterius sermonē,
vtit̄ hoc mō loquendi, s.vt asseris, ex quo sis cautus in
practica,dū fit mentio de allegatis per aduersarium,ne
videaris ea ꝯfiteri,dicas,assertum testm̄, assertus ꝓcura
tor,& idē in similib.Ad idem c.ad hæc.s̄.de rescr. & ibi
no.do.Ant.& Imo.Facit c.3.s̄.de eo,qui mit.in poss.no.
Bar.in extrauag.ad repri.in verbo,asserit, & faciunt oēs
tex. similibus verbis vtentes,quorum multos nō neces
sario hic allegāt Mod.qb.melius adde Bal.de hac clau-
sula loquentē in c.studuisti,s̄.de off.leg.& qđ no.Cal. ī
tit.de res. ꝯs.8. & pulchrè do. de Rota
in nouis.ꝯclone 248.inci. Papa ꝯfert.
vbi dicūt, ꝙ si in literis Papæ dr̄, cuius
reditus valorē tot florenorū,vt asserit̄
nō excedūt.p̄sumit̄ ille valor fuisse ex-
p̄ssus à supplicāte,sed qa nō dr̄, Asseris,
sufficiet,ꝙ ꝓbet aliquos ita asseruisse,
& euitabit surreptionē, sed si diceret̄,
vt asseris,cogetur ꝓbare cōem valorē
nō excedere illā quātitatem.qđ est sin
gulare,& refert do.Car. ꝯs.71. ꝙ inci-
pit, Vācāte.versus fi.¶ In tex.ibi,acce-
ptū.not.ꝙ talia verba denotant spon
salia de futuro,đ quo dic,vt p do. Ab.
hic.& p Doc.maximè do.Ia.ī c. ex par
te.j̄.de spon.& ibi alias dixi. ¶ In tex.
ibi,quidā.Not.bn̄ s̄m do. Ab.& Imo.
2 ꝙ † vbi agitur de peccato impediēdo,
audit̄ testis nō citatus,neq; ꝓduct⁹ aliū
de:secus,qa ingerens se est suspectus, l.
q̄ oīa,ff.de proc.& dixi.s̄.c.pxi. allegā
do gl.ī l.post legatū.¶ Gl.j.in fi.verbo
sa est,s̄m Bal.hic: sed tene scđam solu
tionem,ꝙ c.series,nō ꝓcedit in matri
monio ꝯhendo,ex quo no.Bal.hic,ꝙ
mr̄imoniū ꝯhendū non est priuilegia
tū,ꝓut ꝯctū,qa qđ non est,priuilegia-
ri nō pōt.Facit,l3 ipse nō dicat, c.pe.j̄.
de eccles.ædifi.Et aduerte,qa ēt matri
moniū ꝯhendū vno casu habet priui
legiū c. series,vc3 qn̄ nō esset probatū
impedimentū,& qs iterū vellet ꝓba-
re, qa cū tūc agitur de obuiādo pecca-
to, ꝓcedet c.series.Sed hic pp hoc,ꝙ impedimentū pro
bat,& manent separati,nō agit̄ de peccato, merito stat

* Papa confert. *Adde, quòd locus* * *est corruptus, nā debuit allegari decis.6.in antiq. Bisign.tit.de præbē. quæ incipit, Papa confert. cui adde. 60.de rescr. in antiq inci.nota quòd vbi, & 77.eo.tit. inci. nota quòd si ponatur, & adde Aucto. in c. ad aures,col.6 uersi.septima cōclusio. de rescri.& ibidem, col.3.ver. 3.q.nu. 13. & nota quod clausula, vt asseritur, & ut asseris, differunt, vt per Dom.in c. cupientes.§.insuper. & §.ad hæc,de elect. in 6.& in c.1. de cle.cōiug.eo li.& Auctor.ī c.cū Bertoldus,ī prin. post alios,de re iud. & Ro.ī suprad.locis.*

firma regula c.fraternitatis.Et ex hoc no.do.Ab.& do.
Bn̄dictus hic,ꝙ qn̄ vnū ius venit exceptiue, ad alias re-
gulas extendit̄ p identitatē rōnis.Sed hoc nō est mirū,
qa hic agebat̄ de fauore aīæ,quo casu sp fit extensio,s̄m
Io.And.do.An.& do.Ab.in c.ex tenore.j̄.q fil.sint legi.
& Bart.post gl in auth.sacramenta.C.si aduer. vē. & gl.
in uerbo,Apostolica ī l.omnes dies.C.de fe.& Do. in c.
pro humani.§ fi.in 1.col.de hom.in 6.& Abb.in c. quæ
siuit.de diuor.& do. Ant.in c.ad eminentiā,de sent.exc.
& Ro.in l.sequit̄,§.si uiā,de usuc.& Imo.in c.cū ꝯtingat
in 38.char.de iureiu.& in c.fi.de p̄scr.Et ꝓ doctrina hu-
ius māæ dicas,ꝙ vbicunq; uitium nō est p partes remis-
sibile,nūquā publicatio testiū,uel sn̄ia nocet, qa nō est
in ptāte partiū tacendo ꝯfirmare illud, qđ de iure diui-
no tenet,uel in quo subest peccatū,secus,si uitiū est re-
missibile.Vn̄ si ꝓnūciat esse mr̄imoniū inter duos, quo
rū unus negauerat allegata solū uolūtate & inefficacia
verborū,si nō apellat̄,trāsit sn̄ia in rē iudic.quia ex quo
nō allegabat̄ impedimentum,vn̄r denuò cōsentire, ut
hic p do.Ab.quem uidere potes.Et no.bene s̄m unū in-
tellectū hic,& in c.cùm inhibitio.j̄.de clāde.despon.&
in c.fraternitatis,in pen.col.infra de frig.ꝙ iudex p̄mit-
tere debet aliqualem cāæ cognitionem anteq̄ exaudiat
uolentem uti istis priuilegiis ꝯcernentib.mr̄imoniū.Et
allegat Inn.q hoc dicit in c.tenor.ī gl.2.infra de re iud.
ubi ēt dicit hoc fieri posse parte nō citata.Et adde,ꝙ prę
standū est prius sacramentū uolenti in hoc casu ꝓduce
re testes,ꝙ eos nō subornauerit,s̄m Bal.hic p tex. ī simi
li in §.qa uerò,in Auth.de testi.Qđ numq̄ exeat mentē
tuā.Et addit Bal.q̄dā alia ad ītellectū d.c.series, q̄ ibi re-
feram. ¶ In eadem gl.ibi,ignorabat pars. Hæc solutio
n̄ erat necessaria,tn̄ est ualde no.s̄m do.Ab. ꝙ ubi pars
an̄ publicationem nullo mō potuit diuinare certū qd,
de quo apparet testes deposuisse,admittet̄ a d ꝓducēdos
testes ꝯ illud.Nec est uerū,ꝙ in casu c.series, potuerit in
strui,ut hic p do.Ab.q ad idem allegat Inn.ī c.ex teno-
re.j̄.ti.ꝓx.& bn̄ dicet̄ in d.c.fraternitatis.Extra gl. dicit
Bal.hic,ꝙ ingeniū suū hic ualuit extra mām decr. & in
ter multa q̄ dicit,no.ꝙ ubi nō tenet mr̄imoniū, ibi mu-
lier nō efficitur de foro uiri,l.cùm q̄dam,ff.de iur. om.
iud.Et iō l.exigere,ff.de iud.nō ꝓcedit in dote putatiua,
& retuli limitando etiam aliter illam legem ī c. 1.j̄.de
spon.Item dicit Bal.post multa,ꝙ si iuraui te ducere in
uxorem,non teneor accipere,si non das dotem.Et alle-
gat multa,ut hic per eum.¶ Item dicit,ꝙ statutum,uel
pactū de dote lucranda,n̄ hēt locum,qn̄ mr̄imoniū est
illicitū hn̄s perpetuam causam prohi
bitionis etiam si ignorāter sit ꝯctū.Et
idem no.Bal.in l.1.C.de ꝯd.ob cau.&
Ang.in § ascripto,in aut.de nup.Dixi
alias in c.1.de do.inter uir.& uxo.post
Ro.latissimè in l.si cum dotem.§.fi.ff.
sol.mat.Et scias,ꝙ Bal.hic latè ponit,
qn̄ ea,q̄ mulier portat ultra dotem,di
cantur esse bona paraphernalia, uel
nō,& qn̄ data sibi p spōsum simpl̄r ui
deantur donata,ul̄ non, & in hoc dat
notabiles ꝯiecturas đ quo ēt hētur me
* lius,quam alibi,per Ro.cons.145.* in
ci.Ista q.ꝯs.177.inci. In prædicto dub.
per Bar.in l.1.§.nec castrense.ff.de col
la.bono.per Rom.in auth.ex testamē
to.C.de colla.cum concord.

** 145. Adde, ꝙ est consi. 146. & dū allegat cons. 177. adde, quod est consilium.254.inc.in facto proposito,et adde eundem Ro. in auth. ex testamento, col. 7. & seq.C. de collatio. Ang. consi.134. inc.quidam nomine Matthæus. cōs. 339. Nicolettus de Tartagnis.Car. consi.43.inc.dico. in 1.dubio.Anch. cons.181. in prædicto dubio. Butr.cons. 38.quia maior pars,in 2. dub.cum multis qui allegari possent.*

S V M M A R I V M.

1 *Per hoc verbum,Iudicis ordinarij,includitur nedum habens iurisdictionem cum territorio,vt est episcopus,sed etiam inferior prę fectus certo loco,uel personis.*
2 *Officium hoc nomen quid significet.*
Excommunicatus repellitur ab officio,nedum honorabili & publico,sed etiam vili.Post nu.2.uers.no.ult.
3 *Literę episcopi & ordinariorum & aliorum iudicum, an prebent,*
& num

& nu.4. & 5.

6 *Scriptura ſubſcripta teſtibus,ſed non manu eorum,non plus probat,quàm ſimplex ſcriptura.*

7 *Literę epiſcoporum, uel aliorum ordinariorũ ẽt ſigillo authentico munitæ,uel teſtibus,qui ſe non ſubſcripſerunt,non probant, niſi conſuetudo eſſet,quod eis indiſtinctè credatur.nume. 8. Vel niſi tales literæ inducantur contra producentem eas, uel contra eũ, cuius ſigillo ſunt ſigillatæ.nu.9.*

10 *Literæ commiſſorię iuriſdictionis,per quas delegatur iuriſdictio, faciunt fidem.*

11 *Literis citatoriis,uel reqſitoriis,ſigillatis ſigillo authẽtico,credit̃.*

12 *Literis ordinarij an probetur excommunicatio.*

13 *Literę excommunicationis quando opponuntur in uiam peremptarię,non probant.*

14 *Mondatum procuratorium ſolo ſigillo epiſcopi,uel alterius prę lati munitum,probat abſque alia ſolennitate.*

15 *Literæ teſtimoniales atteſtantes factũ extra iudiciũ de pręſenti geſtũ corã ſe circa ꝑtinentia ad officiũ ipſius ſcribẽtes faciũt fidẽ.*

16 *Literæ de facto ualde antiquo probant, puta,ſi loquantur de finibus,in quibus ſufficit pręſumpta probatio.*

17 *Literæ principis,uel regis non recognoſcentis ſuperiorem, faciũt fidem.Rationem ponit à ſimili.*

Sigillum ut probet,uel ut ſit authenticum,quæ,& quot requiruntur.Poſt nu.17.uer.ſed eſt aduertendum.

18 *Literæ ordinariorum ſubſcriptæ,ſed non ſigllatæ,cenſentur literæ priuatæ,quibus creditur contra ſcribentem,ſi probatur, quod ipſe ſcripſerit.*

19 *Literis arbitrorum non plus creditur,quàm literis priuatis.*

20 *Conſtitutio procutatoris excommunicati eſt ipſo iure nulla, ſine ope exceptionis,niſi conſtituens certificatus de abſolutione perſeueret in ſua uoluntate.Poſt nu.20.uer.hanc concluſionem*

21 *Vel, niſi etiam perſeuerans in conſenſu erroneo ex poſtfacto ratũ haberet geſtum per iſtum nomine ſuo.*

22 *Inhabilis conſtitutus procurator,excepta cauſa excommunicationis, non repellitur, quando ceſſante inhabilitate reconualeſcit conſtitutio,quia non eſt à principio nulla.*

23 *Excommunicatio ſuperueniens poſt mandatum, non inhabilitat ipſum mandatum,tenent enim acta ſi non opponatur.*

Agere qui poteſt,an poſſit conſtituere procuratorem. Poſt num. 23.uer.& aduerte.

24 *Geſta cum procuratore excommunicato etiã occulto ſunt nulla.*

25 *Excommunicatus de facto conſtitutus procuratorem poteſtate ſubſtituendi,non poteſt ualide alium ſubſtituere, præſuppoſito quod conſtitutio facta de ipſo ſit nulla.*

CAPITVLVM VII.

POſt ceſſionem. ¶ Per lr̃as ordinarij probatur
excōcatio niſi ꝯ̃riũ ꝓbetur.H.D.In tex.ibi,
1 iudicis ordinarij.Nota † ꝑ hoc uerbum, iu-
dicis ordinarij.nedum includi habẽtẽ iuri-
ſdictionem cũ territorio,ut eſt epſ,ſed ẽt īferiorem p̃fe
ctũ certo loco,uel ꝑſonis.Ad idẽ c.ordinarii. de off. or-
di.lib.6.cũ gl.2.ꝑ q̃ dicit ibi Do.no.ꝙ in mä adaptabili
uerbũ,Ordinariũ ꝯp̄hendit īferiores ep̄is.qđ eſt utile ad
ſtatuta ſ̃m dñm Ab.hic.Nec mirum, q̄a ad eẽ iuriſdō-
nis ñ reqrit̃ oĩno territoriũ,ut ꝑ Bal.ĩ l.j.§.cũ urbẽ circa
mediũ,ff.de off.p̃fec.vrb.licet aliqñ aliqd īportet,ut per
Bar.in l.ſeqtur.§.ſi viã.in ult.q.ff. de vſuca. ſ̃m do.meũ
hic,q ſubdit ꝙ ſi diceret̃,damnꝰ tibi iuriſdōnẽ q̃ hñt alij
ordinarij, ſi intelligit̃ æquari habentib. ordinariã ex cá
ſpāli,ꝑ tex.cũ gl.ĩ l.ſi aliq̃.in fi.ff.de off.ꝓcon. Et qũo a-
gnoſcat̃, ꝙ ptãs urbis ꝑ ſtatutũ faciat adhærentes ptãti
ordinarios,uide Io.And.in Spe.in tit.de aſſeſ.§.officiũ.
in fi.De materia per do.Ant.in c.dilecto.s̃.de off. arch.
& do.Ab.in c. cùm contingat.cum ibi alleg. ſup. de fo.
2 ꝯ̃p.In tex.ibi, † officium proc.Noto ad ſtatuta loquen-
tia de hñtib.officium, q̄a uenit procurator, quia largo
mō quodlibet miniſterium neceſſario explicãdum, di-
ci,pōt officiũ,ſ̃m do.Ab & alios hic, quib. adde Do.in
c.ſi quem.dè proc.in 6.ubi dicit,ꝙ ſi aſſumens officium
tenetur ex ſtatuto ſoluere gabellã. ſoluet ẽt ꝓcurator.
Idẽ de officio notarii diciti Ange.ꝯſi.32.niſi eẽt notariꝰ
principalis,q̄a talis hẽt dignitatẽ,l.1.C. de man. prin.ſi-
cut de coquo principis dicit Bal.in c.j.in ti.đ feudogua.
& ſicut de medico principis dicit tex.in l.j.C.de cōmiſ.
li.12. Idẽ dicas,ꝙ p̄dicator dr̃ hr̃e officiũ.c.qđ Dei timo
rẽ j̃.de ſtatu monac.Et ibi dicit do. Abb.ꝙ ꝓhibitus ex
ercere officiũ ī loco,ñ pōt ibi p̄dicere. Idẽ dicas đ cuſto
de arcis, ſ̃m Pe.de Anc.in c.j.de ꝯſue. in 6. vbi ita refert
ſe ꝯſuluiſſe Senis ꝑꝑ ſtatutũ, ꝙ ꝓhibebat habentẽ vnũ
officiũ poſſe ad aliud aſſumi.Idẽ dicas in arbitro.c.vno
delegatorũ.ſup.de off.dele Et ibi dicit do.Abbas, no.ad
ſtatuta punientia delinquentes in offi. Dicit tñ Imo.in
rub.s̃.đ offi.delegat attẽdi debere,an uerba ſtatuti intel
ligant̃ de off.habẽte iuriſdōnem, & qd đ ꝯſuetudine,&
in dubio pōt intelligi etiã đ non habente iuriſdōnẽ. Et
adde,ꝙ priuatus off.intelligit̃ de off.ordinario,nō digni
tatis, ſ̃m Do.in c.j.ꝑ illum tex.đ re iu.li.6.Et de hoc uer-
bo.Officiũ.uide magiſtraliter Pe.de Anc.in regula,ea q̃
in prin.de reg.iur.in 6.per Arc. in c.monachus,non do-
ctoris.16.q.j.ꝑ Bart.in l.j.ff.de iur. om. iudi.ꝑ Bal.in rub.
C.de oper.lib.per Sali in l.offi.C.đ neg.geſt.per Rotã ꝯ-
cl̃one 168.in.nouiſſimis,ꝑ Bal.in l.j.C.ſi a ñ cōpe. iudi.
ꝑ Alb.in 4.parte ſtatutorũ.q.86.per Io.j. col.j̃.đ Ana.in
c.j.in de ſagit.per Ro.in rub.de arb & Cal. in ti.de tran-
ſla.p̄cla.ꝯſ.1.per do.Ant.in c.de multa.j̃.đ p̄ben. ꝑ Do.
poſt Archi.in c.i.de ꝯſue.in 6.per do.Abb.in cle.diſpen
dioſam,in prin.de iudi. In tex.ibi,cũ officiũ.no ꝙ in ꝯſi
deranda habilitate, vel inhabilitate perſonæ dẽt atten-
di tp̄s,quo actus ad perſonã applicat̃. Ad idem c.ſi eo tẽ
pore,de reſcr.in 6. Per quem tex. ꝯ̃cludit Bal.in rub.C.
de ꝯdi.ob tur.cau.in ult.col.ꝙ prohibitus eligi ꝑꝑ ban
num, imbuſulatus pendente bãno, & electus eo finito
non eſt bñ electus, q̄a ñ iuuat ſuperueniens habilitas.Et
in hoc multa & uaria adduci poſſent. Sed q̄a oportune
6 In† gl. in ver. à perhibendo, in fi. Quare aũt isti repellant pp infamiã sequẽtẽ, & nõ pp ꝑcedentẽ, rñdet hic in effectu Inno. qa superior eũ ꝓmouendo vr̃ super infamia tacite dispẽsasse, & sequunť hic do. An. Imo. & do. Ab. põderãtes ex hoc dicto, ꝙ superior assumendo aliquẽ inhabilẽ ad aliqđ officiũ, vr̃ secũ dispẽsare. Et idem sentit Inn. ĩ c. diuersis j̃. de cle. ↄiu. vt hic p ipsũ. Sed aduerte, qa sup infamia nõ dispẽsat inferior a principe, vt p Inno. & alios in c. cũ te. j̃. de re iud. Vñ op3 dicere, ſm do. Car. hic vltra alios, ꝙ in testib. synodalib. assumptio ĩ offõ facit eos nõ posse excludi pp infamiã ꝑcedẽtẽ, & tũc operať hoc authoritas istius iuris, qđ no. ſm eũ, sed ista sua cõsideratio põt habere locũ in infamia incursa pp crimẽ, in quo eps põt dispẽsare, alias nõ, qa q põt dispẽsare, ꝑt infamiã tollere, ſm gl. pe. ĩ c. hi q. 15. q. 8. & declarat pulchre Do. in §. hinc colligitur, in vlt. col. 2. q. 1. Quæ aũt sint illa crimina, dic ab adulterio, j̃. vt per do. Abb. diffuse in c. at si clerici. §. de adul. s̃. de iud. Et ideo ↄsiderãdo solutionẽ Inn. ĩfert ad id, qđ no. do. Abb. hic, Sed intellige, ſm Hos. procedere dictũ Imo. in infame notorio, vel saltẽ famoso, qa ꝓmotio facta de ipso hẽt vim dispẽsationis, secus in occulto, qa tũc vr̃ imputandũ testi, q hoc tacuit, arg. notatorũ in c. exposuisti. s̃. de corp. vitia. & in c. cũ nõ ignores. j̃. de ꝑbẽ. Et hoc multũ no. do. Abb. hic & reuera ẽ mã lõga, vtrum superior ꝓmouẽdo inhabilẽ simplr̃, videať secũ dispensare, sed in effectu transeo cũ his, q scribit do. Abb. in c. fraternitatis. j̃. de schismaticis. & hic, vc3 quod

7 † distinguaťa inter principẽ, & inferiorẽ, nã si princeps ꝓmouet notorie inhabilẽ, vr̃ tacite dispensare, p l. qdã cõsulebant. ff. de re iud. & in l. idẽ Vlpianus. ff. de excus. tut. Nec reqritur cãæ cognitio, cum ĩ eo sufficiat sola volũtas, vt no. In. in c. cum ad monasteriũ post med. j̃. de statu mo. Ignorãs ãt inhabilitatẽ nõ vr̃ dispẽsare. Hoc est dictũ post Hos. & no. gl. in ver. literarũ. in c. statutũ. in prin. de rescr. in 6. Et sic intellige c. si eo tpe. co. ti. & lib.

8 In † inferiorẽ aũt à principe oportet, ꝙ ꝑcedat cãæ cognitio, alias iste actus tacit⁹ non dẽt plus operari, quam expressus. Etiã in inferiore * dispẽsante reqritur cã, ſm Inn. in d. c. cum ad monasteriũ & gl. 1. in fi. in c. si q sine examinatiõe. 80. dist. & ita teneas. Et qđ dictũ est de principe, posset extense cõfirmari ex diuersis dictis Doc. sed p te videbis, ꝙ no. Bal. in l. bonorum. la 2. post princ. C. q admit. & ĩ l. eã, quã. vers. decimo q̃ro. C. de fideicõ. & in ca. 1. p quos fiat inuest. ĩ l. ĩperialis. §. si miles. post Bar. ibi, C. de nup. & ĩ l. rescripta. C. de ꝑci. impe. offe. & ĩ l. Barbari⁹. ff. de off. ꝑto. vbi rñdet ad illum tex. Et ſm ꝑdicta reducas insimul, q̃ habentur per gl. in verbo, ↄcubinas. in c. q ĩ aliquo. 50. di. p gl. in c. veniens. s̃. de fi. presbyt. & ibi late p do. An. post Inn. p Ang. & Imo. late ĩ d. l. qdam. p Do. post gl. in c. 1. in vlt. col. de ætã. & qual. in 6. & in sum.

* Distinguatur. *Adde ꝙ placet distinctio ista, vide licet ꝙ aut loquimur in Papa, vel Imperatore, & tunc eo ipso, ꝙ sciẽter inhabili conferunt dignitatem, intelligũtur eũ habilitare. Et istã distinctionem tenuit Bal. ĩ l. Barbarius. in sua repet. ff. de offic. præto. & Bar. in l. 2. C. si sernus. vel. li. lib. 10. An. in l. quidã consulebãt. ff. de re iu. Lud. Rõ. in cõs. suo 216. inci. Electio domini Capitanei Adde gl. in c. statutum. in ver. Canonicis. de rescri. in 6. & gl. in c. à nobis. de deci.*

* Inferiore. *Adde Roma. consilio 307. incipi. in casu proposito. colum. 1. versi. licet in inferiori. & Auct. illud consi. referentem*

referentem in ca. si quando, post nu. 6. uers. considera secundo, de rescri. Cepol. in tract. de imp. mil. deleg. c. pen. num. 26. Ias. in l. Barbarius nu. 14. ff. de offic. prę-tor. alleg. hic.

ma.45.dis.p gl.& Bar.ĩ l.vniuersis. C. de preci.ĩpe.ofter.p gl. fi.in ca. literas. j̃.de ꝯcel.p̃ben.Anan. late in c. frater nitati.pallegato p gl.in ca.si seruus. el 1.45.dis.& omnino per Cal.in li.đ re-scr.ꝯsi.8 qđ incipit, An existēs. & in ti. de regularib.ꝯs.22.qđ incipit, Papa re seruat.& Dom.in d.c.si eo tp̃e,ĩ 1.col. & Rotā in antiquis ꝯclusi. 35.* incip. Itē no.ꝙ ep̃s. Et non omitto tria ĩ proposito Primo ꝙ actus principalis,q est in pati,nō inducit dispēsationē, sed solū actus,q est in agēr.Ita dicit do An. in d.c.veniēs.ĩ 2.col.p id,qđ not. Inn. ibi,& ĩ c.olim.el 1 s̃.de resti.spo.ubi ita limitat ca.gratū.cū simul,supra.đ offi. dele.& hoc dicit ibi do. An. esse bene mēti tenēdū.Qđ tñ declarat fm no.per do.Abb.in c.cū iā dudum. ĩ fi. de p̃bē. & do.An.in c.qa circa,de ꝯsāg. & affi. cū ꝯcor.Scđo dic, ꝙ solus actus. promotionis iducit dispēsationē, alius āt nō ꝯsuetus fieri cū inhabili non inducit dispensationē,vel habilitationē,ut in l.sumus.& ibi gl.in uer.approbare.de sent.excō.Facit tex.ĩ l.libert[9] ad uersus.ff.de ĩ ius voc.p quē dicit ibi Ang.ꝙ princeps dando iudicem delegatū supplicanti nō facit eum habilem

9 ad agendū,si alias ē inhabilis.Tertio† scias, ꝙ ad hoc ut princeps dicat promouere sciēter inhabilem, op3 ꝙ de certa scientia appareat,alias non præsumit, l3 apparere pōt,ētsi hoc verbū Ex certa scientia,nō apponatur,vt p Rotam ꝯclusi.332.*inci. L3 Romana curia.de quo p Bal.in c.1.in 2.col. per quos fiat inuest.& in l.fi.ĩ 1.col. C.sen. rescin.nō posse.& in l.eos in prin.C.đ app.& gl.in ver.literarū.in ca. statutū in prin.de resc.in 6.& ibi per Dom. & p gl.in cle.2.de rescri.cum ꝯcor.de q-bus alias dicet. qa multi tenēt aliter, sed hoc cōius.Et p̃dicta habeas ĩ prōptu Et ex eo, qđ dicit Host.imputari testi.q inhabilitatē tacet, colligit hic do.Ab.ꝙ imputandū est ei.q assumit ad officiū publicū,si ñ detegit ĩhabilitatē suā,& dicit se reperisse Bar. idē tenentē in l.2.C.si seruus,vel liber,ad decur.aspi. lib. 10.Et ibi dicit,ꝙ ex hoc puniri pōt p illū tex. & hoc dictū Bar.sequitur ēt do.Ab.in c fi.j̃.de cōiug.seruo.& ĩ c. sciscitatus.in pen.col.de rescri.& in c.ꝯsulti,in pen col. de pcur.& adde tex.gl.& Bar.in l.gnali.C. de tabul. lib. 10.ubi habet,ꝙ si notarius patit se rogari de aliquo ĩstrumēto & ipse sciat se habere aliquā qualitatē, vel defectū,pp quē instrumenta ab eo,ꝯfecta nō valēt tenetpar ti ad interesse,qđ dicit Bar.esse valde notandū.Et adde Bal.in l.Cassius.ff.de sena.ubi dicit, ꝙ infamis repellit * ab oĩ offō publico, & ab oĩ dignitate eccłastica,& subdit ꝙ si indignus patit se eligi ꝯsentiendo electioni,punit, p tex.quē dicit nō eē alibi ĩ l.q cū vno.§.insulā.ff. de re mili.ubi dicit eē pœnā capitis bānito acceptāti officiū authoritate & vtilitate publicū.Vbi aūt superior scit de inhabilitate ipse electus nō ꝯpunit,ut hic p Host. cuius dictū adde notatis p Ana.q fm p̃dicta,ꝯsuluit ĩ c. quā perniciosū,in vlt.col.de usur. Et aduerte,ꝙ l3 Host. sentiat,ꝙ ubi infamia est occulta,isti nō p̃nt fungi offō, tanq̃ non dispēsati sup ea,tñ Imo.hic tenet contrariū p istū tex.simplr loquētē,l3 fateat,ꝙ ĩ eo remouēdo rōne p̃cedentis infamię erit differētia,an fuerit publice,an occulte infamis,p p̃dicta. Et ĩ p̃dictis ꝯsidera, ꝙ opi.do. Card. hic de qua.s̃.ēt valde tuta pp,no.in d.c.cum

* 35. *Adde quod non inueni hanc decis. sed potes allegare Tho. Fast. dub. Rot. 65. cau. 36. & incip. uacante quadam ecclesia, nu. 9. ubi dicit ꝙ dispensatio requirit causæ cognitionem.*

* 332. *Adde quod est decis. 331. & 27. tit. de rescrip. in nou. quam ad literā ponit Aegid. deci. 746.*

* Infamis repellitur. *Adde ꝙ infamia quęlibet nō solum excludit à dignitate cōsequēda l. 2. C. de dignita. lib. 12. & ibi Bart. Io. de Plat. & Luc. de Pen. sed etiam à dignitate habita Inno. & Doct. in cap. cum oporteat. de accusa. etiam ipso facto ante latam sententiam. Rom. sing. 510. inci fuit a me quęsitum an infamia. Imo. dic. ipso iure, pro quo facit quod no. Spe*

10 te.In † gl.in fi. Quot modis sumatur istud incōtinēti, & de plurimis similibus dictionibus,vc3 Mox, Statim, Illico, Quā primū, & c. vide copiosissime p Ro.in l.1.§.j.ff.de ver. obl. Sumitur aūt in p̃posito arbitrarie, fm Host. & cōiter alios hic,& Arch.ĩ §.qa vero. 35.q.8.& facit gl.in c.an sit.j̃. de appe.

11 Cōiter tñ seruatur,fm Im.hic, ꝙ † an quā testis alloquatur partē, dr̃ incontinēti.& gl.in §.qa vero,ĩ Auth.de testi. & Bar.in l.eos.ff.de fal.& idē Ro.in d. §.1.Si aūt testis corrigit se ex interuallo,ñ valet correctio pp timorē subornationis,& stabitur primo dicto, fm omnes hic, & Rotā deci.291.inci.Si testis * & Bal.in l.3.post prĩ.C. de adult. & tūc p istud fm dictū debilitat primū,fm Inno.& Ioā.And.hic, qđ vltimū multū no.Imo.hic,p quo vide ꝙ singulr̃ scribit do.Car. in c. veniēs. el 2 in pen.col.supra ti.1.ubi dicit, ꝙ ad dictū talis testis corrigētis se ex ĩteruallo nō posset deferri iuramentū parti, qa nō est oĩ exceptione maior.& alle

12 gat dictū Inn.Et hoc bñ no. ad c.fi. j̃. de iureiu.Et subdit Inn.hic, ꝙ ēt quādo testis corrigit incōtinēti, nō statur correctioni simplr̃,a sed dēt iudex attēdere modū correctionis p tex.in c.cū dilecti.in uer.ad ĩquisita,ubi dicit, ꝙ post q̃ testis allocutus est partes, nō p̃t dictū suū mutare,sed prius pōt, qa nō p̃sumitur subornatio, sed recordatio ueritatis,fm ipsū.Quē ad literā sequitur Bal.in l.p̃sbyteri.la 1.in 3.no. C. de epis.& cle.Et ꝙ ēt,si iudex vellet,non posset testis se corrigere, q̃n est allocutus partē,fm Bal.in c. publicato in 3. col.de ele.& ĩ auth.at q̃ semel.ĩ 3.col. uer.seq̃tur nūc uidere.C de p̃ba. ubi ĩ mā vide q̃dā alia, & aliq̃d ēt p Bal. ĩ l.

13 qcq̃d astringēdę.ff.de verb.obl.Si † āt testis an̄ testificatū allocutus sit partē, an ex hoc diminuatur ei[9] fides, vide p do. Ant.in c.cum cā.in 4.col. supra ti. 1.& gl.fi.in fi d.aut.at q̃ semel.& Spe. in ti.de teste.§.1.uer.itē opponitur testi,ꝙ à quocūq;recipiat.& dicit Roffr. in suis libellis,in ti.de sena.ꝯsulto Liboni.ꝙ si testis fuit instructus à parte, ut uerū dicat,nō dr̃ subornat[9] de quo dicto facit festū Bal.in l.3.in prin.ff.de testi.& in l.fi.s̃.e.ti.& in l.fi.ĩult.col.C. si ex falsis instr.& c.l3 cām.in 10.col. đ p̃ba.& in l.data opa.ĩ 19.col.uer. q̃d si p̃ba.C.q accusare.& dicit do.An.in c. uestra.j̃.de coha.cle.ꝙ testis dr̃ subornat[9],si pars primo docuit eū dicere, ꝙ sit notoriū.Qđ aūt dr̃ hic, testē ex interuallo posse se corrigere, intellige, q̃n tractat de correctione,& fm dictū suū se nō ꝯpatit cū primo,ut late p Imo. & Roma.ĩ l.qui bona.§.si quis stipulatus.ff.de dā.infec.p id quod no. ibi Ia. de Are.Bar.& Ang. dicētes, ꝙ si testis interrogatus de loco, & ipse dicit se non recordari,& iterum alio tempore interrogatus,dixerit id fuisse certo loco, ipse non ex hoc incurrit falsum,quia potest esse,ꝙ ipse tempore secundi dicti de hoc habuit memoriam, & non tempore primi,& sic non mutat,sed potius addit, & idem probatur in c.1. quid sit inuestit.& ibi Bald.facit illum tex. sing.ad hoc in uer.reminisci.& Ang.in l. q̃dā tabularū

cu in ti. de posi §. septimo. uersic. sed aduerte, quod licet infamia facti repellat aliquem a dignitatibus habēdis l. infamia. C. de dignit. li. 10. nō tamen repellit a dignitatibus quęsitis, nisi dicatur in sententia, & hoc uerius ita Bal. in l. 1. C. de hęr. insti. Guli. de Cun. in l. cūctos populos. n. 5. C. de sum. trin. nec etiam repellit à dignitatibus & honoribus beneficialibus Ab. in c. querelam. colū. 2. et ibi Auct. col. 2. de iureiur.

* Si testis. *Adde quod est deci. 19. sub tit. de testi. in nou. & incip si testis iuratus.*

a Correctiōi simpliciter. *Adde Bar. idē tenentem in l. eos. ff. de fal. in 1. col. in uer. itē oppo. ubi expresse dicit, quòd testis pōt corrigere dictum suum incontinenti, si iustam causam erroris & correctionis alleget, & hoc iudici uideatur, qđ no. quia sæpius in practica. (& dic hoc esse uerum si uult suum dictum incōtinenti corrigere sponte, secus si timore tormentorū, nam tunc pōt corrigere etiam ex longissimo interuallo l. si postulauerit. §. sed etsi negauerit. ff. de adult. & ibi Bart. Roma. consil. 505. inc. cū testis. Alex. post Ange. in d. §. si negauerit. Ab. in c. per tuas. colū fin. de probat. Auctor in c. cū in tua. col. 2. supra de testi.*

fi.de fur.per illũ tex.pro alijs.allegatis. p Roma.ĩ d.§.si qs facit quod dixi in c.cum in tua ĩ fi.s̃.e.de notis feud. vbi dicit,ꝙ testis,q dixit heri, Nõ credo,põt hodie dicere Credo.facit gl.in l.de tutela. C.de ĩ integ.resti.min.& quod ibi no.Bal.& Sal.Sed aduerte,qa si isti intelligũt, ante quã testis alloquat̃ partẽ,ista sunt clara, si ãt post q̃ est locutus parti,sunt magis dubia,qa Ioã. And.do. Ab. & Imo.hic dñt,ꝙ ille,qui addit post locutionẽ factam cũ partibus,audit,sed minus ꝓbat. Et est limitatio notabilis ad istũ tex. Et adde ẜm Bal.hic,ꝙ si testis est notę fidei,& authoritatis, põt se corrigere añquã testimonia sint publicata,nõ post.Iurabit tñ,ꝙ cũ nemine sit locutus,arg.c.vltra tertiã s̃.ti.ꝓxi. Ex quo crederẽ,ꝙ testi dicẽti se nõ fuisse cum parte locutũ, incũbat probatio. Nec ꝑdictis obst. ꝙ ex ĩteruallo ꝯfessio reuocet̃ ut erronea. * C.de iur.& fac.ign.l.error. & c. fi.s̃. de ꝯfess. quia loquunt̃ in parte, q̃ sæpe uariat,nõ ĩ teste,ut l.q familiæ.ff. famil. ercisc.& l.edita. C.de edẽ.Sed veritas de qua testis iurat,nõ recipit ꝯrietatẽ, neque diuersitatem,ẜm Bald.hic, pro quo ẽt facit,qa sicut pars postq̃ didicit attestationes ẽt circa publicationẽ impedit̃ ꝓducere,vt diximus ĩ d.c.vltra tertiã.ita si testis sit locutus ꝓhibetur sub eo testificari timore subornationis.Extra gl.reassumit hic Bal.plenissime dicta do.Ab.& ea quæ scribit Bar.in d.l.diuus.ff.de custo.reo.de mã. officialiũ, q sũt publici denũciatores maleficiorũ ad instar testiũ synodaliũ de qbus in hoc tex. et eorũ dictis plurima addi possent, sed qa opportune dixi alias ĩ c.sicut olĩ.ĩ. đ accus.iõ præreo. Sed pondera bñ, qđ dicit hic do. Ab.ꝙ denũciator solus nõ põt plene ꝓbare,ꝯ Bart.ubi s̃.qa pro Bar.pñt adduci ea,q̃ no.do. Ab. & alij in c.proposuisti.s̃ đ ꝓba. dũ dr̃,ꝙ ex forma statuti stari põt iuramẽto ẜm personarũ qualitatem,nec tollit̃ facultas ꝓbãdi ꝯrium,ut ibi, ubi de hoc nõ esset statutũ,adhuc transire posset opin. Bar. qa loquitur in leuibus, & facit l.leuia.ff.de accu.In reliquis dic,ut p dom. Abb. Et quia duo capitula sequentia expediunt̃ cum materia c.dilectorũ.iõ ad ipsum venio.

** Erronea. Adde docto.de errore, hoc uerum esse ẽt in confessione iurata.Rom.cõs.39. inci. ut præposita. colum.2. nu.4. si tamen factum sit graue,non reuocatur ut erronea ꝑtextu longinquitatis temporis. Ro. ubi s̃ .nume.7. & cõsilio 481. inci. præsentis. num.3. & in l. si uero .§. de uiro. fal. 31. uers.tertia conclusio.solu.mat. Ias. in l.error. nu. 30. C. de iur. & fac. ignoran.allega.in tex.hic.*

SVMMARIVM.

1 *Testes monere debet is,q petit eos compelli ad testimoniũ ferẽdũ.*
2 *Mediatores & proxenetę,an & quando compellantur ferre testimonium.*
3 *Testes an possint compelli deponere,in causa criminali.*
4 *Testis si inductus pretio se subtrahit a testificando, iudex potest contra eum procedere,tanquam falsarium.*
5 *Testis,qui non est examinatus,licet latitet,ut ueritas non inueniatur,non est falsarius,sed dolosus.*

CAPITVLVM X.

1 Dilectorum. In criminalibus testes ñ cõpellunt̃. H. D. ẜm cõmunẽ allegationẽ. In † tex.ibi,nominati.No.ẜm Bal.hic, ꝙ ille, q petit ꝯpelli testes,primo dẽt monere ipsos,& est rõ,qa ñ dẽt cõpelli,nisi monitiõe ꝑmissa,& si moniti non se excusãt,tũc est ꝑsumpta malitia, ẜm gl. hic ĩ c.ꝑuenit.el 1.s̃.e. qđ tñ ꝓcedit in ciuili,ut fuit dictũ in cap.1.s̃.eo. & dicit Bal.hic,ꝙ habẽs iustã excusationẽ, si ñ cõparet,cum eã possit allegare,cõtumax est. Alle.l.ciues.& l.hi, q ad ciuilia.C.de ap.In † gl. mag. ibi, ex mediatorib.& sic vult gl. ꝙ mediatores, seu proxenetæ * nõ cõpellant̃ ferre testimoniũ,nisi ambæ partes ꝯsentiẽnt, & sic de ꝯsensu vtriusq; partis pñt cõpelli,& multo fortius poterũt tunc testificari.Si aũt altera pars ꝯdicat,tunc clarũ est,ꝙ nõ ꝯpellitur ꝓxeneta testificari.Sed an tũc possit testificari glo. tenuit,ꝙ sic,in §. qm̃.in auth. de testi. Contrariũ uoluit gl.ĩ § his.uer.ꝙ si neque.in authẽ.de fi.instr.Et in ꝯriũ vr̃ esse tex.cũ gl.pen.in c.1.de testibus.in 6.ubi vr̃ spãle,ꝙ in casu illo admittat̃ ꝓxeneta inuita altera parte.Et ꝓ hoc facit,ut tetigit hic Io.And. rõ gl.in d. §.qm̃.in volẽte spõte testificari parte inuita,hẽt locũ hic,nã ẜm gl. ibi non cõpellit̃ altera parte inuita,qa ꝑsumit ꝙ habeat affectionẽ ad actũ,ut ille sortiat̃ effectũ,ut habeat salariũ,si qđ percipit,vel si alias impugnãt,imputet̃ ei qa minus caute se habuerit,q̃ rõ ẽt vr̃ militare,ut sicut ñ cõpellit̃ rõne dictę affectionis,ita nec volẽs testificari admittit̃ parte inuita,ẜm Imol. hic, cui adde,q̃ allegaui ĩ c.cum a nobis,ĩ fi. s̃.
3 ti.1.In † ea gl. in fi. Multa scribuntur hic vltra gl.in qõne ista,an ĩ cã criminali possit testis cõpelli.* de qbus dic, vt p oẽs hic,& ꝑsertim Imo.& dom. Abb.Et quãuis do.Abb.tenuit in effectu,ꝙ sic,qñ veritas al̃r sciri non põt, tñ doctrina Bal.hic vr̃ elegãtior,nam post multa dicit ꝓ vera ꝯclõne tenendũ,ꝙ sit arbitrariũ,an testes ĩ criminali cõpellant̃: an ñ, nã si testi imminet magnũ periculũ, nõ dẽt eũ cogere. Si enim nõ tenet̃ testificari in ꝑiudicium ꝯiũctorũ,ĩ l.Iulia.ff. de testibus.multo minus ĩ ꝑiudiciũ suiipsius.Fuit.n. motiuũ Papæ,ẜm eũ,ex quadã ęqtate Canonica,qa ex testimonio capitali cõtrahit̃ capitalis inimicitia,c.cum P.infra,de accus.quã inimicitiã vnusquisque sapiẽs euitat, nec dẽt se exponere periculo ꝓ cã aliena,l.si qñ.C.de testi. l.sed & si quis ex signatorib. ff. quẽad. test.aperi.qa ordinata charitas incipit a seipso.l.ꝑses.C.de seruit. Si aũt non imminet magnũ periculũ, tũc dẽt cõpelli ꝑp fauorẽ reip.ne delicta remaneãt ipunita,ꝑ rõnes quas ẽt adducit Do. post Ab. Et de mã uide Doc.post Arch in c.vt officiũ.§. verũ. de hære. ĩ 6.ubi dñt ꝙ in cã hæresis pñt testes ꝯpelli.Et ad istud,ꝙ dicit Bal.de periculo forte obuiari possit ex iis,q̃ no. Do. post Hos.in c.1.de hom.ĩ 6.vcꝫ quod tales testes nõ publicent̃,& ex hoc remedio tolleret̃ distinctio Bal.qa imo semꝑ eẽt locus ꝯpulsioni.De quo dixi ĩ c.2.ĩ 6.limitatione,s̃.ti. 1. Et de mã uide ẽt Dom.ĩ c.1.in prin.in 3.colũ.de sent.exc.ĩ 6.& Arc.& Dom.ĩ c. statuẽdũ.2.q.6. Inn.in c.sup his,s̃.e.ubi dicit, ꝙ qñ delictũ fuit cõmissum pẽdẽte lite,ne illudat̃ iurisdõni iudicũ, testes ꝯpellunt̃ in criminali, qđ dicit ibi do. Car.esse ualde notandũ ad limitationẽ opinionis,q̃ hẽt,testes in criminali nõ esse cõpellendos, & ex ijs q̃ dixi.s̃. in d.c.2.nõ affirmo illud remediũ,de quo dixi s̃.ꝑp tex.ĩ c.fi.đ hær.ĩ 6.ꝑ quẽ probat̃ a speciali,ꝙ in alijs causis criminalibus nõ dẽnt occultari dicta testiũ,vel nomina,qa nimium tolleret̃ defensio rei. & iõ sequor simpl̃r doctrinam Bal. Postremo in materia istius ti.no.quędã vltra Scribẽtes hic,& primo,ꝙ licet testis

** Proxenetæ. Adde tex. cum gl. in Auth. de instru. caut.& fi.§.ĩ his uer.ad numeratio nem c.1. de testa. 2 in 6.iunc.gl. pen. Bar.in l. omnibus C.de test. & in l. deferre.§. idem di*

*cam.ff.đ iure fisci. Anch.in d.cap.1. Imo.in c.si cui legetur.§ si Titio. ff.de lega.1. et ĩ c. ex literis.de transac.Ant. de Butr. in c. cum a nobis. de testi. Saly. in l. nullus.C.de testi. Alex. consi.128. incip. Ponderatis narratis.1.uolm. 2.Aduerte tamẽ quod si ab una tãtum parte producatur,& uelit testificari, probabit pro uno teste.et ẽ admittẽdus ut ponit etiã Auct.hic cui adde Cy.Bal. Sal.et alios in d.l. omnibus.Are.in §.pater,col.2. uers. qd de ꝓxeneta. instit. de testam. & ista opinio est uera,vt dicit Bal. in d.l.omnibus. et eam tenuit Alex. consilio.186.inci. Viso processu causa.col. 2. uersi. nõ obstat etiã.uol.7. & consi.127. inc. Viso processu causæ col.fi uersi. non obstat,etiam si aliquis,eodem uol.et Alberi.in trac.de testi.par.4 col.10. uer. uidendum est ergo quid de proxeneta.ubi asserit hanc opinionem * esse cõmunem.quẽ sequitur Bar. cõs. 40.col. 10.uersi. octauo licet ista uol.3.dicas igitur quod proxeneta,si testificetur de consensu utriusq;partis, probat :si aũt de una tantũ productus non ualet plus quam unus testis,& ita intelliges prædictos, & Auctorẽ. hic. 4*

** Compelli. Adde Lanfr.ĩ c. quoniã contra.de prob.super uer.testium depositiones nu.41. 42. & 45.ubi ẽt habes qualiter cõpellantur*

stis nō cōpellatꝰ testificari, tñ pōt inuitus cōpelli, ut in
tersit actui tanq̄ testis, vt probatꝰ in l. q testa. in fi ff. de te-
sta. no. gl. 2. ī c sacris. ꝙ met. cau. & dom. Ab. post alios in
c. 2. ver. octauus casus. e. ti. Adde ēt, ꝙ licet testis possit
compelli vt testificetur, tñ non pōt cōpelli, ut sic testifi-
cet. Vñ licitū est fieri nim personæ, sed ñ dicto. Ita dicit
Bal. in l. si qñ. in 2. col. C. de testi. Adde ēt, ꝙ qñ testificā
tur personæ priuilegiatæ, non est necessariū, ꝙ scribatꝰ ī
actis, ꝙ deposuerūt spōte, qa nō præsumitꝰ coactio, ubi
qs cogendus nō est, imo præsumitur sponte fieri secun-
dū Bal. in authen. p̄sbyteros. C. de epis. & cler. ꝯ Bar. ibi.
Et de istis personis priuilegiatis dicit hic Imo. aduertē-
ter, ꝙ nunq̄ compelluntꝰ, nisi in subsidiū, ut hic sæpe per
eum. Vñ tolli posset vna ex rōnibus Bal. de quibus su-
pra, cum ī subsidiū cesset priuilegiū, & subdit hic Imo.
ꝙ curia Romana indifferenter nō cogit testes, ubi agitꝰ
de crimine, qualitercūque de illo agatur, vñ nec in re-
scripto tūc apponit clausulā de testibus cōpellēdis. Et al
legat Goff. & Host. in summa huius ti. & addit Goff. se-
cundū eū, ꝙ lȝ nō apponatꝰ dicta clausula, iudex ꝓcede
re poterit s͂m dispositionem iuris ad cōpulsionē testiū,
4 quod dicit Imo. menti tenendū. Adde ēt, ꝙ † si testis p̄-
tio inductus retrahit se a testificando, pōt iudex ꝯ eum
procedere, tanq̄ falsarium, & sic timēs testificabitur. Ita
docet Bart. in l. j. in prin ff. de falsis. de qua doctrina vidꝫ
ēt p dom. Maria. in repe. c. qualr. q. 11. art. 105. j. d̄ accus.
& Flori. in l. 1. ff. de testi. Et ubi non esset corruptus, ces-
sat istud remediū, quia alr non punitꝰ de falso añ assum
ptū officiū testificandi, ut no. Inn. in c. 1. infra de crim.
fal. Sed erit tūc illud remediū, ut puniatꝰ crimine stellio
natus, vel ciuilr parti ad interesse actione de dolo, s͂m
Bar. in l. presbyteri. in vlt. col. uer. deinde hic vr̄. C. de
epis. & cler. Et hinc est. qd̄ no. Spe. in ti. de teste. §. seqtur
in fi. & do. An. in c. cum cām, in 6. col. supra eod. & Bal.
in d. l. presbyteri, in fi. ubi dñt, ꝙ testis, q non vult iurare
tenetur parti ad interesse. Imo dicit Bal. in d. l. presbyte
ri. ꝙ testis tenetꝰ parti nedū rōne falsitatis commisse, sed
ēt rōne erroris, q est lata culpa in teste, s͂m eū dicentē,
secus de obliuione, sed hæc tempera ex notatis per bea.
Thom. secūda secūdæ. q. 70. art. vlt. vbi dicit, ꝙ testis il-
lud, de quo dubius est sub dubio dēt ꝓferre, illud vero,
de quo certus est, dēt p certo asserere. Si aūt aliquis cū
debita solicitudine recogitās existimet se certū esse de
eo, qd̄ falsum est, non peccat mortalr, hoc asserens. lȝ
sit in se falsum, qa non dicit falsū testimoniū p se, & ex
ītentione, sed p accidens ꝯ id, quod intēdit, s͂m ipsum.
Dictū ergo Bal. pōt intelligi, qñ testis cū debita solicitu
dine nō recogitasset. Adde ēt in mā, ꝙ si de voluntate
partiū agitatꝰ processus diebus feriatis ob messes, vl vin
demias, nō p̄nt his diebus testes com-
pelli,* s͂m gl. in l. oēs dies. C de fer. & eā
5 no. Bal. ibi. Vltimo † uide Bald. in l. da
ta opera. in x. col. C. q accusa. vbi multa dicit, sed inter alia, quod testis, qui
non est examinatus licet latitet, ut ue-
ritas non inueniatꝰ, non est falsarius, sed dolosus, & sic ñ
tenetur l. Cornelia, sed crimine stellionatus. Testes .n.
nō puniuntur de falso ante quam dicant testimonium,
vt est gl. notab. secundum eum in c. notificamus. 25. q. 6
quam etiam alleg. Bal. in c. si qui. supra ti. 1.

* *Compelli. Ad. de Alex. in l. 1. in prin. & ibi Paul. de Cast. de pæn.*

SVMMARIVM.

1 *Quondam, hęc dictio, quid significet.*
2 *Coniuratio est prohibita, & quando capiatur in bonam partem*
3 *Particeps criminis an admittatur in testimonium.*
4 *Iuramentum ubi est illicitè præstitum principaliter fauore hominis, compellitur homo ut absoluat.*
5 *Testimonium non uitiatur, si testis prius dixit in præsentia partis, quod erat dicturus in iudicio.*
6 *Testis si deponit per quædam uerba, quæ si Latine scribantur, non habent eundem sensum, tunc debet iudex facere scribi, uel uulgarizari.*

CAPITVLVM XI.

VEnerabilis. Ad detegendā veritatē cōiurationis compellū
1 tur ēt socij iurati. H. D. In † tex. ibi, quōdā.
a No. de dictione a Quondā, q̄ remouet signi
ficatū verbi, cui adijcitꝰ, à p̄senti tp̄e ut hic
quōdā clericus, s. & nō hodie, ut quia
erāt depositi. Pro hoc facit l. eius, qui
in prouincia. ff. si cert. pet. & ī l. cui eo-
rū. §. affinitas. ff. de postu. ubi dicit Sali.
quēdā obtinuisse, q petebat tanquā nō
existens in patria p̄rāte, & hoc non p-
bauerat, qa inuenta fuit positio quædā
partis aduersæ, in qua dicebatur Quō
dā filius. & seqtur do. Card. hic, cui ad
de dom. Ant. & Imo. in c. cū ꝯ. de pig.
& do. Ant. & do. Ab. & Im. in c. ex par
te B. supra de fo. cōp. & Bar. & Imo. &
Ro. in l. 1. §. 1. ff. de ope. no. nun. Imo. ī
c. cum olī. el 1. supra de off. dele. & in
c. p̄terea. el 2. de trāsac. & Bal. in l. cum
acutissimi. C. de fideic. & Bar. in d. l.
eius, q ī ꝓuincia. & gl. ī l. diuortio. ī uer.
vxoris. ff. sol. mat. & do. Ab. in c. cū sci-
mus. de reg. & Bart. in l. insulam. ff. de
acq. rer. do. & Dom. ī c. de his. el 2. ī 6.
no. 1. dis. & in c. si qlibet. ī 1. no. 54. dis.
& gl. ī l. nec emptio. ff. de ꝯhe. emp. In
qb. locis inuenies, ꝙ dictiones Quōdā,
Olim, Dudū, & similes, īportāt rē nūc
nō eē, nisi subiecta mā aliud suadeat.
2 Et de hoc alias latius. In † tex. ibi præ-
sumpserunt cōiurationē facere. Not.
cōiurationē eē ꝓhibitā. Ad idē iura al
legata in gl. & no. Inn. ī c. cum I. & A.
infra de re iud. & in c. exhibita. supra
de iud. Et est idē, qd̄ ꝯspiratio. Aliqñ
tñ capitꝰ in bonā partē, ut in c. sane. 16.
q. 7. sed prima frōte censetꝰ illicita, s͂m
Doc. hic, qbus adde Inno. idē tenentē
ī c. 1. in 1. gl. infra de scismatic. & dom.
Ab. in d. c. exhibita. ī c. quāto. infra de
p̄sum. & Dom. ī c. ꝯstitutionē. de uer.
sig. ī 6. & Bal. in l. 1. C. de monopol. &
ī c. 1. §. ꝯuēticulas. de pa. iura. fir. & Ar-
ch. ī c. si qs sacerdotum. 11. q. 1. & facit
tex. ī c. cū dilecti. ifra de accus. & ꝙ ibi
no. Pe. de Anch. & Ana. & ita limitatꝰ
regula, estote, cū ꝯcor. īfra de iureiur.
Et est ꝯspiratio q̄dā ꝯfœderatio iura-
ta ī p̄iudiciū tertij, alias aūt uerbū, Cō
spirare, īportatꝰ p̄t vnanimē ꝯsēsū ī bo
no ope. l. magistros. ibi, optimorū con
spirāte ꝯsēsu. C. de ꝓfes. & medicis. li.
x. & vide Do. ī d. c. ꝯstitutio dēt. ubi late post Arch. con
cludit licitā eē cōiurationē clericorū, q̄ ē ad utilitatē ec
clæ, & multa allegāt. Et puniuntꝰ ꝯspiratores ī malū in
vna libra auri, ut ī d. §. ꝯuēticulas, & faciētes seditionē
vl tumultū popularē pœna capitis, l. j. C. de seditiosis. l.
aut facta. §. 1. ff. d̄ pęnis. & ī l. ꝯuēticulā. C. d̄ epis. & cle.
s͂m Io. An. do. Ant. & do. Ab. hic. qb. adde tex. ī l. si qs in
genuā. §. ī ciuilib. ff. de captiuis. vbi singulr dr̄ q seditio,
vel tumultꝰ eueniēs accidētalr ex ciuili dissēsiōe ñ pu-
nitꝰ p illū tex. Dixit Bal. ī l. 1. § fi. ff. d̄ iust. & iu. ꝙ si statutū
punit morte turbātē statū ciuitatis, ꝓcedit, si principalr
hoc agit, ñ āt si uenit ī ꝯsequētiā alterꝰ delicti. Et ē rō qa
attēditꝰ ꝙ p̄ncipalr agitꝰ. l. si qs nec cām vald̄ remotā ff si
cer. pe. Sȝ istud ītelligit, qñ occasionalr & p cām ualdē re
motā ꝯtīgit turbatio statꝰ secꝰ, si īmediate & ex actib. ꝓ
ximis est ductū ad concitationē & rumorē populi s͂m
Bal. cons. inci. In Christi nomine & c. ex insultu, & c. In
3 † tex. ibi ad testimonium. Nota participem criminis ad
mitti ad testimonium in defectū ꝓbationis uolēte illo,
cui actus criminosus nocebat, & ita testes corrupti p̄nt

a De dictione. *Adde tu, quod ꝓpter istud Bal. in l. cū acu. C. de fideicom. quærit de notabili quęst. pone, statutum ē in ciuitate, qd̄ filii rebellium nō possint stare in ciuitate, utrū tale statutum habeat locū in his qui sunt quondam rebelliū defunctorū filij. & concludit, quod nō. Adde etiam illud, quod no. Ia. But. & Sali. in l. generaliter C. de instit. & substi. in §. 1. ubi dicunt. si statutū punit pœna capitis, qui rapit filiū, ꝙ non habebit locū in rapiente filium qui patre carebat. Adde, quid econtra, pone, quod in instrumento dictū sit Titius quondā Sēpronij, & in ueritate pater uiuebat, an uitietur instrumentū. Dic, ut p Bar. in l. 1. §. 1. ī 1. col. ff. de ope. no nun. ubi etiam do. Ale. Adde ēt, ꝙ instrumentum sustinetur propter dictionem istam, Quondam, subauditam. Ita Bart. in l. eius, qui. ff. si cer. pet. in prin.*

produci ꝯ corrumpentem ēt ad plenā fidē, quod raro alibi inuenies, ſm Bal. hic, cui adde, quæ ipſe no. in cap. 1. circa med. ſi de inueſt. inter do. & vaſal. lis oria. & dixi in c. 1. ſupra ti. 1. Et rō eſt, quia cum iſtud nō poſſit per alios probari, admittunꝭ minus idonei, iuxta c. cū dilecti ſupra de elec. ſm do. Abb. hic. Ex quo vř, ꝙ ubi per alios potuiſſet ſciri de iſta ꝯſpiratione, iſti ñ fuiſſent habiles, per id quod no. dom. Ant. & Imo. in c. iurauit, ſupra de ꝓbat. & dixi in c. veniēs. el 2. ſupra, ti. ꝓxi. qđ credo falſum. Vñ melior pōt eſſe rō, quia ſm Inno. in d. ca. cum l. & A. & probatur in c. per tuas. el grāde, infra de ſimo. ibi repellunꝭ vt inimici. Sed ut ſæpius dixi, huic inhabilitati pars renūciare pōt, ſm Bal. ī d. l. ſi q̄s teſtibus, ad fi. C. de teſti. Iō. nimirū, ſi volēte parte iſti admittunꝭ,
4 In † tex. ibi abſoluant. No. ꝙ ubi iuramētū illicitū ē p̄ſtitū principꝛ̄ fauore hoīs, ꝯpelliꝭ homo, ut abſoluat, & talis abſolutio ſufficit, ꝑ c. 2. infra de ſponſ. & cum iſto tex. cōcordāt c. 1. & c. debitores. infra de iurei. ñ tñ erat hic neceſſaria abſolutio, ſed fit ad cautelā, ut euiteꝭ opinio vulgi, iuxta c. cōmiſſum. infra de ſpōſ. ut hic in gl. 2. quā ſequunꝭ Doctor. q̄a iuramentū de nō reuelando ñ extēditur ad p̄ſtationem teſtimonij, ētſi exprimaꝭ, ut habuimus in c. intimauit. & c. ꝯſtitutus. ſupra, ti. 1. & ſic certū erat iuramētū eſſe illicitū, q̄ñ aūt eſt dubiū, reqrit̄ abſolutio formalis, & ſic loqtur c. venerabilē. allegatū in
5 gl. ſm Im. & do. Ab. hic. Poſtremo † ante q̄ exeam⁹ materiā teſtiū, nota adhuc q̄dā, de quibus non fuit dictū, ut oportuiſſet. Et primo no. ꝙ nō vitiaꝭ teſtimoniū alicuius, ſi prius in p̄ſentia partis dixit, quod erat dictui⁹ ī iudicio, ut eſt tex. in c. dilectus. infra de capel. mo. quē ibi no. do. Ab. in 1. col. dicēs, eſſe cautelā, vt inducaꝭ pri⁹ ad dicendū, q̄d ſciat, vel credat, ne habeat mām variandi, ſm doctrinā Bar. in l. eos. ff. de falſis. de qua dixi in c. cū in tua. ſupra, ti. 1. No. ſm, ꝙ q̄ñ teſtis iurat dicere plenā & merā veritatē deponendo ꝑ famā, dictū ſuum nō ꝓbat. Ita dicit gl. no. in l. bonæ fidei. in gl. magna ibi, ſed quid ſi nō interfuit. C. de rebus cre. No. tertio, quod corrumpens teſtē dēt puniri eadē pœna, qua ipſe teſtis falſarius, ſm Spe. in ti. de teſte. §. 1. ver. & no. ꝙ corruptio-
6 nes. No. † quarto, ꝙ ſi teſtis deponit ꝑ talia verba, quę ſi ſcribantur Latine nō habēt eundē ſenſum, dēt iudex facere ſcribi, vel vulgarizari, ſm Bar. in l. ſi q̄s filiabus. ī fi. ff. de teſta. tut. ꝑ l. 1. ff. de uerb. obli. No. vltimo, ꝙ capitula, ſuper q̄bus examinanꝭ teſtes, debēt per examinatorē vulgarizari, ſi teſtis ignorat Gramaticā, ſm Dom. in c. ſeptuaginta. per illum tex. 16. diſt. Allegat ēt Pau. in cle. ne in agro. §. ſane. de ſtatu mona. Et dū ſupra tetigi, ſi ꝑ alios iſta ꝯſpiratio aperiri potuiſſet, an iſti eſſent idonei vnus ꝯ alium? dic verum eſſe, ꝙ non, q̄a renunciatio archiepī, ꝑ quā tales inhabiles admittebanꝭ, nō habilitat ſocium ꝯ ſociū, ſed admittiꝭ, ſi res aľr ſciri non poterat. & eſt notabile verbū ad mām c. veniēs. el 1. ſupra ti. proxi. & durius vrget in rebus egeſtas. Et hoc uide late īfra.

De fide inſtrumentorum.

TITVLVS XXII.

1 *Probatio quæ ſit dignior, an inſtrumentum, an uero teſtium.*
2 *Prohibitus aduocare, an poſsit conſulere in camera.*
3 *Teſtes quando veniat appellatione inſtrumentorū, et quando non*
4 *Alienatio, hoc verbum, an comprehendat emphyteuſim.*
5 *Argumentum ab alluſione habet locum, quando non eſt data aliqua diffinitio.*
6 *Scriptura priuata non uenit appellatione inſtrumentorum in ſtatutis propter communem uſum loquendi.*

Circa iſtam Rubricā primo q̄ri pōt cur nō p̄cedat titulū de teſtibus. Secundo, an in ſtatutis appellatione inſtrumētorū veniāt teſtes. Tertio q̄d ueniat appellatione inſtrumenti. de qui-
1 bus facio tres ꝯclōnes. Prima concluſio. Iō p̄miſit de teſtibus, q̄a dignior eſt ꝓbatio viuę vocis, q̄ mortuæ ſecūdū Bal. ī rub. ſupra đ teſtib. & ibi aſſignat nouē rōnes quare viua vxorē dignior, allegādo Hierony. ī ꝓlogo Biblię. & Caſſiodorū, quē ēt alle. in l. gñaľr. poſt prī. C. de ñ nume. pecu. & in l. tres denūciationes. C. q̄ūo & q̄ñ iu. Vnde dicit Inn. in c. cum P. ſ̄. eod. ꝙ eſt ꝯius & officiū tabellionis, ꝙ chartę animalis mortui credatur ſine aliquo adminiculo, & ea, quę ꝯſtāt atteſtationibus uoce prolatis facilius ponderantur, quam prolata ſcriptis, q̄a ſm Inn. in c. veniens. ſ̄. de uerb. ſignifi. ad fi. aīa organo vocis exprimit ſuā voluntatē, & cor eſt imperator linguæ, ſm Bal. in c. mandatū. ſ̄. de reſcri. iuxta illud, Ex abundantia cordis os loqtur, & vox eſt inſtrumētū uolūtatis & intellectus rōnabilis, ut in c. ex tranſmiſſa. ſ̄. de renū. & voces ſunt ſigna paſſionū animi, i. volūtatū & noluntatū, ſm Bal. in l. de quibus, prope. fi. ff. de legi. bonus tex. in l. Labeo. §. fi. ff. de ſupel. leg. ubi nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, qđ mēte nō cogitauerit, & iō teſtis ñ deponit ꝑ ſcripturā, ut dixi in c. de teſtibus. ſ̄. ti. 2. Certiores enim efficimur vocibus, q̄ literis, ut elegāter ꝓbatur in c. de gradibus. 35. q. 8. ibi, donec ꝑmittente dño ore ad os alloquimur. Vñ quędā probantur per teſtes, q̄ nō probanꝭ ꝑ inſtrumenta. Patet ex allegatis ꝑ Rom. cōſi. 349. inci. dū queritur & Io. An. in regula, ſemel malus. de reg. iur. in 6. & ꝑ Fed. ꝯſ. 255. inci. Dñe Ale. & Old. cōſi. 199. inci. pro fundamento Bal. in l. ſi hāc. C. de ꝓba. cū ꝯcor. dū dn̄t crimina nō probari inſtrumētis, & tñ probanꝭ per teſtes, ꝑꝑ quod dici poteſt, ꝙ habent ſe ūt excedētia & exceſſa. Cum ēt quædā probentur inſtrumētis, & non teſtibus, de quibus per gl. in c. 1. cum concor. de cenſi. in 6 & quo ad pęnas impoſitas loquentibus non differt ſcribens à loquente, ut per gl. 3. in c. ꝯſtitutionē. de ſen. excō. in 6. & cle. ſi ſummus. in uer. literas. eo. ti. & no. Dom. poſt Arch. in c. ubi periculū. § nulli. de ele. in 6. & Bal. & Ro. in l. 1. in prin. ff. de uerb. obl. & ibi ponūt de ſcribēte bānito, ex q̄bus ſapiēter infert Io. de Ana. in
2 rub. ſ̄. de magi. ꝙ † prohibitus aduocare nō pōt ꝯſulere ī camera, & idē ſentit Ro. in d. l. 1. & ita expreſſe đcidit Ang. in l. 1. §. poſtulare. ff. de poſtu. maxime, ubi ꝓhibeꝭ aduocare, ut attendat lecturę, quia pariformiter diuertiꝭ à ſtudio lecturæ, ſiue cām publice tueatur, ſiue priuatī, q̄uis aliud dixerit Bar. in l. Paulus. §. Paulus. ff. de legatio. & ī l. 1. §. 1. ff. de poſtu & do. Ab. in rub. ſ̄. de poſtu. Secūda ꝯclō. Propter cōem uſum loquēdi, ſm quē differūt teſtes & inſtrumēta ſtatutū loquēs de inſtrumentis ñ cōprehendit teſtes Ita elegāter ꝯcludit Imo. hic, & allegat Bar. ita tenentē in l. notionē. §. inſtrumentorū. ff. đ uer. ſign. Quod aūt in ſtatutis attenditur cōis uſus loquē-
3 di, dixi late in c. ꝑ tuas. ſupra de proba. Nunquid † aūt circumſcripto communi uſu loquendi cōprehenderētur teſtes in ſtatutis ex propria ſignificatione inſtrumētorū? Bar. dicit, ꝙ ſic, in d. §. inſtrumentorū, & ſequitur Imo. hic, & facit c. ꝑuenit. ſ̄. ti. j. iūcto eo, qđ no. Bar. in l. cui eorū §. affinitatis. ff. de poſtu. ubi dicit, ꝙ illud quod ꝯtinetur appellatione alicuius, dř eſſe de ꝓpria ſignificatione, nō aūt ex interpretatione. Cōtrarium tenet do. Ab. in d. c. ꝑuenit. & hic, & Iac. Bu. in l. 2. ī fi. C. de edē. & Spe. de inſtr. edi. §. 1. in fi. ibi, & l3 appellatiōe, q̄a fruſtra fuiſſent facti diuerſi tituli. Facit l. ſi idē. C. de codicil. Et ſequeretur, ꝙ dato termino ad ꝓducendū inſtrumenta poſſent ꝓduci teſtes. Cuius ꝯrium dicit Spe. in ti. đ dila. §. videndum. ver. item no. ꝙ cum dato, & dixi in d. cap. peruenit. Et ſeqretur, ꝙ ſtatutū puniens falſantē inſtrumentū ꝓcederet in falſante teſtes. Cuius ꝯrium dixit Ia. Bu. & Sal. in l. 1. ff. de fide inſtru. & ꝙ q̄cq̄d poſſet probari ꝑ vnū, poſſet ꝓbari ꝑ aliū, ꝯ p̄dicta & ꝯ ea q̄ ſcribit Bald. in l. in exercendis. C. de fi. inſtru. Et pro hac parte, q̄ ſequor, multum facit, quia tex. in l. 1. ff de fi. inſtru. dicit, ꝙ teſtes loco inſtrumentorū habētur, ſed iſta uerba, Accipiatur pro tali, ſeu loco talis, denotant fictionem & improprietatem l. interdum. §. q̄ tutelā. ff. de fur. l. iure ciuili. ff. de condi. & demon. facit gloſ. in l. mercis. la. 2. ff. de uerb. ſigni. Et ita expreſſe dicit Bar. in l. ſi is, q̄ ꝑ emptore, circa fi. 3. quæſ. principalis, ff. de uſuca. Sed ita eſt, ꝙ ſtatutum loquens in caſu vero nō extenditur ad caſum

* Fictum. *Adde. Auct. in c. Rodulphus de rescr. col. mihi. 9. uer. præterea respondetur tūc Apostil. ibidē in uer. sicut ficto.*

* In intestabili. *Adde Car. de mē te Pet. de Bellaper. in l. 1. alleg. in tex. Bal. in c. 1. in prin. de conce. feu. et in l. 3. in fi. C. si pē. ap. mors interuen. et in l. itestato ff. de leg. tut. ubi refert ita tenere Pet. & Rayn. & idē dicit qđ tenuit Guil. de Cun. in l. j. C. quan. imp. int. pup. & iid. in l. j. C. qui testam. fac. po. Anc. in c. canonū statuta. de cōst. in repe. in uer. qd dices de patruo. ubi dicit quod ista ē cōis* opinio quā tenuit Im. in c. cū ti bi. de testa. & in l. cēturio. de vulg. & pupil. & Ale. cōs. 211. ī c. uiso themate. nu. 9. uol. 7.

a Appellatione filij. *Adde, quod uerū est, qđ ubi lex facit mētionē de filijs, ueniūt et filiæ, ut hic p Fel. Vtrū aūt ueniāt filij spurij? Bar. in l. generaliter. §. cum āt. C. de insti et subst. tenet φ sic. Cōtrariū tenuit Bal. in d. l. generaliter in §. cū aūt ubi dicit φ tacita cōditio liberorū nō includit bastardos, qa legis affectio nō est ad eos, & idē tenet ipse Bal. in l. cum acutissimi. C. de fideicō. in uerbo, q̄ rō, nūquid. Et rō est qa filij, qui ueniūt p subauditū intellectū legis, dēnt esse legitimi, et cū ista opinio. Bal. cōcor. gl. in cle. 1. de baptis. in uerbo liberi, & ibi Scribētes q̄ dicit bastardos non includi in dispō. legis, quantū ad cōmodū & honores. Et idē tenet Cy. in l. qsquis C. ad le. Iuliam.*

casum fictū *qñ illa fictio est inducta a iure cōi, & nō a statuto, l3 §. hæc uerba. cum glo. in uer. hęredis, & ibi hoc no. Barto. ff. de neg. gest. Bene facit l. fi. C. de his, qui veniā æta. īpe. & c. suscep tū, de rescri. i 6. & late Imo. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Fal. Ergo statutū loquēs de instrumentis nō extendit ad testes, qa in mā stricta dispositū de aliquo nō pcedit in eo, q habet p tali, l. fi. C. de interdic. matri. Vñ dicit Ang. in l. in testamēto. ff. de mil. testa. & ī l. 2. C. de hære. insti. & Imo. in l. cēturio ff. de uulga. & pupil. & in ca. cum tibi in fi. infra, de testa. φ statutū loquēs in itestato nō hēt locū ī itestabili, *puta furioso qa habet p intestato, l. 1. ī pri. ff. de suis & legi. Et sic nō pprie, sed p īterpretationē, nisi aliter se haberet cōis vsus loquēdi, ut p Ang. in d. l. 2. Nō obstat, φ in his, q̄ nō sunt facti, sed iuris, prout hic, pōt lex facere, φ q habet p tali, sit vere talis, ut p Bart. in d. l. si is, q p emptore. & do. An. ī c. nuper. supra de biga. cū ɔcor. qa illud est ex fictiōe iuris, q̄ nō hēt locū in statuto hoc nō fingēte, ut dictū est. Nec obst. φ illud qđ ɔtinet appellatione alicuius, sit de ppria significatione, ut p Bart. in d. §. affinitatis. qa de facili ostēderet, illud dictū nō eē inexpugnabile, qa dr in c.

4 nulli ∫. de reb. ecc. nō alie. † appellatione alienationis ɔtineri emphyteusim & tñ in mā stricta appellatione alienationis intelligit de ea sola, p quā oē dñium transfert, qa illa est propriè alienatio, ut p gl. in l. 1. C. de fun. dota. & in l. fin. C. de reb. alie. nō alie. & Bal. in le. uoluntas. C. đ fideicōmis. & Pau.

a de Cast. consi. 26. cū simi. Similiter dr φ appellatione filii a continetur filia, l. si quis ità. in prin. ff. de testa. tu. l. si ita sit scriptū. de le. 2. l. filij. ff. de verb. sig. & tamen in statutis secus est, quia non est ex proprio significatur, ut late p do. Car. ɔsil. 135. inci. Redemptoris, & c. puta filias. & c. & Pet. de Anch. in repe. c. 1. in 45. cha. supra de cōstitut. & Dom. post alios in c. gñali. de elec. ī 6. Sic ēt appellatione armorum cōtinē- tur fustes & lapides, tamen secus est in statutis, ut per do. Car. in cle. ne in agro. §. præfatę. ī 5. q. de statu mona. Et si diceretur, φ istud est ex allusiōe uocabuli, quia dicitur instrumentū quasi instruēs mētē, & hoc faciūt testes, d.

5 l. 1. responde, φ † arguitur ex allusione vbi nō est data diffinitio, alias nō, ut p Bart. in l. 1. post princ. ff. de acquiren. possess. & dñs Abbas in pœmio Gregoriano. § Gregorius, nā alias codicillus esset testamentū attenta allusione huius nominis Testamētū, quæ ē mētis testatio. Insti. de testa. in prī. & hoc ē falsū l. 1. C. de codic. qa testamentū diffinit in l. 1. ff. de testa. Sic ēt īstrumētū, ut in Spe. in isto tit. §. 1. Et posito φ esset vera doctrina Bar. in d. l. cui eorū. generaliter tamē, ubi est una notoria differētia inter æq parata, statutū đ vno nō pcedit in reliquo, & ita ē hic, qa differūt testes & instrumēta plurimū. Patet ex c. cum dilectus. ∫. e. & ex gl. 1. in §. si scriptū. Insti. de iuti. stipu. & gl. mag. ī fi. in l. 2. C. de fi. instr. Sed in c. puenit. el 1. s̄. ti. pxi. ęquiparantur large sumendo, fm Io. An. in Spe. in isto ti. in prin. sicut in c. nulli. de reb. ecc. ñ alie. dr alienatio multiplex, quo ad il lū effectū. Et licet tex. ibi dicat contineri, nō tñ semper, & hoc possēt aliis modis deduci, quos tāquā nō necessarios omitto. Tertia ɔclo. Appellatio-

6 ne † instrumēti in statutis ñ uenit scriptura priuata pp cōem usum loquendi, fm Bar. Bal. & Sal. in l. 1. C. de iura. cal. & Lu. Ro. pulchre ɔs. 23. *. inci. Nescio, qđ dubitationis, per qđ infertur ad statutum loquēs de gabella rōne ī strumenti. Ex ppria tñ significatione bñ comprehenderetur, secundum prędictos, & dom. Ab. hic allegantē Bar. q mihi hoc non dicit in l. si quis legatū. ff. de falsis. & facit cap. cū dilectus. 2. respōso. infra eo. & l. istrumenta. C. de proba. & tex. infra cap. prox. iuncta hac rubrica. & eo. quod no. gl. 3. in c. si super. de offi. deleg. in 6. & gl. 2. ī ca. volumus. 89. dist. cū similib⁹, nisi fieret mētio de instrumēto publico, ut per Ang. in §. si qs igit. in Auth. de fide instru. & per Spe. de instru. edi. §. nunc dicendū restat, in prin. Cōprehendit ēt ex communi usu loquēdi oīs scriptura publica, secundum Bart. in l. ī fraudem. §. neque. ff. de iure fisci. inferentē late, φ falsans acta causæ punit ex statuto loquēte de falsāte instrumēta. Et p hoc idē videt de scripturis archiui, ut hic p Inn. & do. Ant. in ca. 2. s̄. eod. Quid aūt sit īstrumētum, & quot modis nominet, ponit Spe. in isto ti. ī prī.

* Lapides. *Adde gl. in l. 3. § armis de ui et ui arm. gl. in c. si perfodiens de homic. glo. in c. ita quorūdā ī uer. ferrum. de iudici. Bar. in l. fi. ad le. Iul. de ui pub. Ro. in l. 1. §. occisorū. ad Sylleni. & hoc est utile ad hoc, nā animus occidendi uel non occidendi ex armorū genere seu īstrumētis qualitate colligitur. Vnde pcutiēs calce, claue, cucuma, uirga, baculo, et similibus, non p̄sumitur habuisse aīum occidēdi. l. 1. §. Diuus đ sicari. l. eum qui C. eo. c. significasti. il 2. de homi. Bar. in l. Diuus. de sicar. Bal. in l. 2. C. đ emend. seruo. Are. cōs. 8. ī c. sicut decet. et cōs. 146. inci. uisa. Ale. cōs. 104. uol. 2. Socin. cōsi. 149. inci. primo aspectu. Ang. in tract. malef. in uer. scienter. n. 18. Pau. de Cast. cōsi. 192. quos oīno uide, quia dicta eorum aurea sunt in materia intelligendi statuta punientia percutientes cum armis &c.*

* Consi. 23. *Adde eundem Rom. cōsi. 77. incip. Pater reuerende, ad fi. Im. in cle. 1. no. 1. de procurat. Are. cōsi. 51. inc. Videtur dicendū. nu. 2. Soci. consil. 41. inci. Antequam col. 5. uer. non obstat quintū argumentum. consi. 62. in cip. in præsenti cōsultatione. num. 20. lib. j. Auct. in proœm. decretal. gl. post nu. 9. Rota. Bisign. in antiquior. ti. de testi. 3. inci. Decreta. Dom. in c. præsentiū. §. testes. col. 1. uers. quid si Papa. de rescr. in 6. & ibi Fran. Azo. in sum. C. de fi. instru. Et ui. Ias. remissiue in repe. l. admonendi. nu. 325. ff. de iureiuran.*

S V M M A R I V M.

1 *Papa non potest contra ius disponere potestate ordinaria, secus potestate absoluta.*
2 *Instrumenta quot & quas solennitates requirant. Vide nume. 3 4. 8.*
5 *Annus pontificatus debet in instrumento scribi in terris Papæ.*
6 *Locus in quo conficitur instrumentum, an debet scribi in instrumento.*
7 *Instrumentum carens loco, uel tempore, facit saltem semiplenam probationem, si notarius esset mortuus.*
8 *Diem in instrumenti confectione requiri.*
9 *Instrumentum an possit confici de nocte.*
10 *Mensis an debeat apponi in instrumentis.*
11 *Dies in priuilegijs an apponatur.*
12 *Dies an apponatur in libris rationum.*
Hora an sit apponenda in instrumentis. Post nu. 12.
13 *Signum notarij an sit necessarium in instrumentis.*
14 *Testium descriptio requiritur in instrumento.*
15 *Fallit in quibusdam casibus, ut nu. præcedenti, hoc, & 16.*
17 *Instrumentum confectum debet legi partibus.*
18 *Instrumentum confectum ab eo, qui communiter reputabatur ut notarius, an valeat.*
19 *Creatio notarij an probetur ex eo, φ est descriptus in matricula.*

 20 *Instrumen-*

20 *Instrumentum ut ualeat, requiritur quod notarius sit rogatus de instrumento conficiendo*
21 *A quibus notarius debet esse rogatus, ut instrumentũ conficiat.*
22 *Notarius quando possit instrumentum facere de his, quæ aliqua liter spectant ad ipsum.*

CAPITVLVM I.

11 Iurans contractum eſſe de pura & vera ſorte, & ipſum obſeruare, an poſsit petere abſolutionem à iuramento.

12 Recipiens mutuum detulit in contractu, vel poſtea iuramentum dãti in fraudem canonis, creditor iurauit cõtractum eſſe de vera ſorte, & ſic ſibi deberi, an poſsit reus allegare, ꝙ contractus ſit fœneratitius.

13 Iurans non ſe recepturum reſtitutionem vſurarum, an hoc non obſtante poterit recipere.

14 Papa licet ſolus diſpenſet ſuper iuramento licito, epiſcopus tamen poteſt commutare.

CAPITVLVM VI.

DEbitores. Dicit hic do. Car. ꝙ hoc c.
eſt valde allegabile, & ꝙ
hẽt difficillima ꝯ̃ria, in quorum ſol. multa
ſingularia & prius nõ tacta dicturum ſe of-
fert, & ſummat̃ ſic, Promiſſio de vſuris ſol-
uendis nõ obligat, niſi iurata, tunc. n. obligat, ſed poſt ſo
lutionem repeti pñt. H. D. In tex. ibi, cogendi ſunt. Põt
1 † aũt practicari diuerſimode, & primo, ſi iudex videns
hũc debitorẽ in p̃cipitio deierãdi, vult ex officio ſuo eũ
ꝯpellere ad ſoluẽdũ, nec põt ille excipere, nec abſolutio
nem petere, niſi intra terminũ ſolutionis faciendæ poſ-
ſit ꝯſtare ꝯ̃ctum eſſe fœneratitiũ, vt ſentit hic Inn. & la
tius fuit dictũ ſ̃. c prox. & hoc caſu clare ꝓcedit diſpoſi-
tio huius c. Scđo mõ põt practicari, vt creditor denun-
ciet peccatũ debitoris non obſeruantis iur̃m, & vtat̃ de-
nunciatione Euãgelica, fundãdo ſe ſup ſalute debitoris,
& hoc põt, ſi ꝯ̃ctus non apparet vſurarius, ſed ſi appare-
ret, denunciare non poſſet, cum ſit infamis, l. improbũ.
C. de infami. vt hic p do. Ab. Tertio mõ practicari põt,
agendo directe ꝯ̃ debitorem, & hoc erit clarũ, qñ ꝯ̃ctus
non apparet vſurarius, nec dẽt tunc debitor admitti ad
excipiendum, ne incidat in periurium, debuit enim per
prius eſſe vigilans, añ q̃ inſtaret terminus, & impetrare
relaxationem iur̃i, nec hẽt locum officium iudicis, tũ,
qa non ꝯſtat de turpitudine ꝯ̃ctus, tum, qa interim debi
tor incideret in periuriũ, & ſic nõ hẽt locum rĩa, cui da-
2 mus & rĩa, dolo facit. de q b. in gl. Sed † eſt difficultas ma
gna, qñ ꝯ̃ctus apparet expreſſe vſurarius, an poſſit credi
tor directe agere ꝯ̃ debitorem rõne iur̃i. & vr̃, ꝙ non, qa
non agit vigore promiſſionis, quæ nulla eſt, vt in princ.
c. non vigore iur̃i, qa, ſ̃m do. An. actio vel obligatio nõ
acquiritur parti pp ſuam turpitudinem, & ſine actione
nemo experitur, l. ſi pupilli. §. fi. ff. de neg. geſt. hic aũt de
ficit obligatio, q̃ eſt mr̃ actionis, l. licet. §. ea obligatio. ff.
de pecu. Sed contrarium tenet do Abb. hic pp gl. hic, q̃
innuit, creditorem poſſe agere pro vſuris ſoluendis, vbi
interuenit iur̃m. Quare ſaltem ſcđa obligatio ex iur̃o
acquiratur parti, vt diximus in c. 1. ſ̃. eo. iſte poterit age-
re, & ex quo ius p̃cipit aliquid fieri, datur ſaltem actio
ex illa l. vnica, ff. de ꝯd ex l. idem dicit do. Ab. ſi creditor
ꝯparet inſtante termino, potius. n. admittet iſtũ cũ pec-
cato, q̃ eum repellendo patiatur. Sed do. Car. hic primo
dicit ꝙ iſte tex. dum loquit̃ de iur̃o p̃ſtito de vſuris ſoluẽ
dis, intelligit̃ nõ expreſſis vſuris, vt qa creditor mutua-
uit centũ, & exegit iur̃m de ſoluendis ducentis, nõ adie
cto de vſuris, & ex hoc tolleretur ꝯ̃rium de regula, do-
lo facit, allegata in gl. nam ꝓcedit, qñ tpe, quo petit̃, ꝯ-
ſtat id qđ petit̃, eſſe ſubiectũ reſtitutioni, at hic nõ ꝯſtat
ſ̃m p̃dicta. Nec obſ. iſte tex. in ver. vſuras. & in ver. ipſa-
rum, ſ. vſurarum, qa erat iuratũ ſup vſuris in effectu, nõ
aũt expreſſe, & hoc nunq̃ audiuiſti nec aliquis doctor te
tigit, ſ̃m eum. Idem Bal. in c. 1. in 2. col. dicens, ꝙ vbi eſt
expreſſũ vitiũ vſurarũ, nulla orit̃ obligatio. Idẽ do. Ab.
ibi, dicẽs hoc c. nõ ꝓcedere, vbi eſt expreſſe dictũ de v-
ſuris ſoluendis. Poſtea do. Car. hic dicit, ꝙ ſi iſte tex. non
intelligeret̃ de vſurario ꝯ̃ctu apparenti, poſſet creditor
audiri, ẽt qñ eſſet ſimplex ꝓmiſſio, ſed rñdet, ꝙ vbi obli
gatio non eſt iurata, admittit̃ exceptio vſurarum, ſecus
ſi ſit iurata. Tñ dicit fortius ſe dicere, ꝙ ẽt p̃ſupponendo
ꝙ expreſſe iuraſſet ſoluere ꝓ vſuris, qa tñ nõ eſt peccatũ
ex parte iurãtis, cogit̃ ſoluere, ne ſit periurus. Et hoc ſin-
gulariter ꝓbat hæc lr̃a. Ad idẽ c. ſequens, ſ̃m lecturã, q̃
ipſe tenet ibi, vbi cogit̃ debitor rõne iur̃i ſoluere ſortem
ẽtſi ꝯſtet eã extenuatam ex parte à p̃ceptione fructuũ
facta p creditorem in pignore, & ſ̃m hoc nota caſum
mirabilẽ, ſ̃m eũ, in quo libellus ꝯtinẽs expreſſam iniqta
tẽ agentis nõ reijcit̃ incõtinẽti, ꝙ tñ alias fieri dẽt p id, ꝙ
ſingulr̃ no. in c. j. ſ̃. de of. iu. & hoc fit fauore rei, ne incur
rat periuriũ, & hoc dicit ppetuo no. Et ſi diceret̃, ꝙ iſte
tex. non vr̃ hoc oĩno ꝓbare, qa non dicit aliqd de peti-
tione creditoris, ſed ꝙ debitores ſunt cogendi dño red-
dere iur̃m, rñdet, ꝙ referendo verſiculum, ſi vero, ad pri
mũ, ꝓut fieri dẽt. l. 1. C. de filiofa. & principiũ ſit neceſſa
rio intelligendũ, qñ creditor petijt, qa ad vtilitatem pri
uatã iudex nõ cogeret, c. bonæ, el 1. ſ̃. de ele. ita ẽt verſi-
culus, ſi vero, dẽt intelligi creditorib. petentib. & tunc
neceſſario ꝓbat, qđ eſt dictũ, qđ valet ad multa, ſ̃m eũ,
& tunc apparet rõ, quare poterit repetere, qa non ſpon
te ſoluit, & ita reſidet. Et iſta ſunt ſuſtentabilia, & ita 13
nõ ſine ſcrupulo, pp c. tuas. j̃. de vſu. vſurarios ꝯpellens
añ vſurarũ ſolutionem ab exactione deſiſtere, vel exa-
ctas reſtituere, & loquit̃ ẽt, qñ eſt iuratũ, & licet ad hoc
non aduertãt, tñ p̃t duplr̃ rñderi, primo, exponẽdo tex.
uel ꝓ ideſt, uel ꝙ ibi iuratum erat, nõ repetere, non erat
iuratum ſoluere, & iõ exactio erat ſup ſimplici ꝓmiſſio
ne, quo caſu ꝓcedit principium huius c. Et iſta notabis
nõ diſcurrendo, ſed decies p legendo. Et tene menti li-
tationem p̃dictã ad vulgatũ dictũ Inn. in c. 1. ſ̃. de of iu.
3 In gl. 1. in fi. Qũo † teneat hoc acceſſorium, & non prin
cipale, dic, ſ̃m Imo. hic, ꝙ ubi eſt eadem rõ uitiãdi prin-
cipale & acceſſorium, habet locum ꝯ̃rium, ſecus, ubi eſt
diuerſa rõ, ut hic. Et diuerſitas rõnis ponit̃ p Imo. in 1.
no. ſ. ꝙ iõ ualet iur̃m, qđ eſt acceſſorium, & nõ ualet ꝓ-
miſſio, qđ eſt prĩcipale, qa iur̃m ur̃ principlr̃ dirig. D. o,
q turpiter non recipit, & hoc ſonat lr̃a ibi, cogendi ſunt
dño, & c. & ſi Chriſtus. j̃. eo. Sed promiſſio ſimplex agit
principalr̃ obligare parti, & iõ ſi ex parte recipientis in-
ficit̃ obligatio, & illa habeat ſubſiſtere in pſonã credito
ris actiue, & in pſonã debitoris paſſiue, & neutrum hoc
caſu fieri põt, iõ inficit̃ obligatio, & ſic ĩfert, ꝙ ubi caſus
annullans principale non cõcurrit in acceſſorio, annul
lato principali non annullatur acceſ-
ſorium, * qđ no. ad rĩam, acceſſoriũ,
de reg. iu. li. 6. ubi ẽt glo. ſentit hanc ſo
lutionem, & in c. fi. in uer. annexa. de
p̃b. Et ſi diceretur, qũo ualet iur̃m ſup
re turpi ꝯ̃ regulam, non eſt obligato-
rium. de reg. iur. lib. 6 reſpondet Abb.
in c. fi in fi ſ̃. de pac. ꝙ ſi iur̃m cõtinet
turpitudinem ex parte iurantis, non
põt qs ſe obligare p pactum, ut in d. re
gula. * Sed ſi ſolum ex parte recipien-
tis, non aũt ex parte iurantis ſit turpi-
tudo, procedit iſte tex. qa iur̃m principaliter dirigitur ĩ
Deum, in quo nulla reperitur turpitudo. Ergo iurans
tenetur ad obſeruantiam, & ſeruando non peccat, ſed
ſolutum uigore iur̃i p̃t repeti, ut hic. Et ſi diceretur ꝯ̃ p̃-
dicta, & ꝯ̃ tex. iur̃m obligat, ergo & ſimplex promiſſio,
qa inter ſimplicem loquelam & iur̃m non facit Deus
dr̃iam, reſpondet do. Abb. hic, reiectis dictis aliorum, ꝙ
illud procedit, qñ datur ualiditas iuramenti & ſimplicis
promiſſionis, ſed in caſu noſtro ſimplex promiſſio eſt
nulla pp turpitudinem recipientis, iur̃m uero ualet, qa
Deus turpiter non recipit, nec iurans peccauit, ut di-
ctum eſt. Et hæc eſt breuis ſolutio & notanda ſ̃m eum.
Eandem ſol. ſentit hic Imo. dicens, ꝙ ꝯ̃rium procedit,
ubi eſt eadem ratio, ubi uero eſt diuerſa ratio inter ſim-
plicem loquelam & iuramentum, ſecus. Sed hic p iur̃m
obligatur

* Acceſſorium. *Adde Dyn. in reg. Acceſſorium alle. in tex. iunc. addit. ibi, in qua habes remiſſas concordãtes.*

* Regula. *Adde no. Dy ibi, iuncta additione.*

obligat Deo, q illicite non recipit. Ergo, &c. Et lȝ istæ solutiones sufficiant ad d. c. iurī. tñ ad eius intellectum dicit hic Io. An. quem alij sequunt, ꝙ lȝ Deus non facit drīā, tñ ecclesia facit, vbi plus peccat trāsgrediēs iurm, qđ patet ex maiori pœnitentia. 24. q. 1. c. non offeramus. & ꝙ magis puniat, tenet gl. lȝ isti nō dicāt, in d. c. iurī. & gl. fi. in fi. in c. clericus. ȷ̄. eo. Videmus ēt longam drīam inter votū simplex, & votū solēne, vt in c. 1. de voto, lib. 6. p qđ dr ꝙ nō oīs loquela est eiusdē effectus quo ad ecclam. Et ꝙ ista differāt, quo ad ecclam, ꝓbat, vt in c. notificamus. 35. q. 6. Et istis adde do. Ab. in pœ. Gregoriano, in ver. Gregorius. in 10. col. vbi dicit, ꝙ d. ca. iurī. loquitur, qñ simplex loquela ꝯtinet ꝑfidiam seu mendacium, vt qa venit ad decipiendū, seu fallēdū, vt patet ex illo tex. Secus aūt, vbi ista cessant, qa tūc simplex loquela nō obligat, ex quo nō affuit ꝑsona, cui q̄reret obligatio. Sed si intuitu Dei ꝓmisi tibi, ꝙ darē puellæ maritādæ absenti decem, bñ obligor, qa ꝓmissio est facta Deo vbique pñti, & sic loquit d. c. iurī. Et hoc dicit do. Ab. esse bñ notandum. vide ēt ad intellectum d. c. iurī, qđ no. do. Ab. post do. An. in c. p tuas, in pe. col. s̄. de arb. & do. Iac. ī c. 2. 10. col. ȷ̄. de spo. Et si diceret ꝑdictis obstare peccatum, rñde, ꝙ imo ex parte iurantis ꝯtinebat turpitu-
4 dinem, p c. inolita. 11. q. 1. In † gl. 1. ibi, multo fortius exceptionem, qa gl. clare non rñdet, dic, ꝙ regula illa, cui damus, procedit rlr. Fallit, qñ subest aliqua cā, quæ suadet denegari exceptionem, & tñ non suadet denegari actionē, & ita ē hic. Nā iō denegat exceptio, qa veniret ꝯ iurm, ex quo nondum soluisset, sed nō venit ꝯ iurm, repetendo vsuras solutas, si solum iurauit soluere, quia impleuit iurm soluendo. Iō postea poterit repetere, & ad hoc actionē habere, qa nō iurauit nō repetere, vt dictū fuit in c. 1. s̄. e. Istud aūt, ꝙ denegeт exceptio, intelligunt hic do An. & Im. qñ simplr excipit, ꝙ nō tenet soluere rōne repetitionis sibi postea ꝯpetentis, qa ista exceptio nō est legitima, cū inducat ad ꝯuentionem iurī, secus, si exciperet, dicendo se nō teneri, & petendo absolutionē, vel relaxationē, qa hoc bñ pt. Alle. Fed. ꝯs. 272 ꝙ
5 incipit, In noīe Dñi, statutum, &c. Sed † hoc intellige, vt p do. Ab. hic, & in c. 1. s̄. eo. & ibi dixi ī quarto remedio, dummodo debitor adhuc non sit ꝯstitutus in mora, alias istud c. esset quasi sine effectu, cum qlibet exciperet petendo absolutionem. Ex his aūt habet vna lītatio ad rlam, q ad agendum, vcȝ vt ꝓcedat, qñ nihil subest magis repellens exceptionem, q̄ actionem, alias nō, & dicit do. Ab. vidēdā aliā notabilē lītationem p In. in c. iter dilectos. ȷ̄. de exce. pl. vbi Inn. dicit, ꝙ illa regula procedit, qñ actio, & exceptio tēdūt ad rē familiarē, secus, si ꝯpetūt ad vindictā, qa tūc ꝯpetit accusatio, non exceptio, qđ dictū sequitur ēt do. Ab. in c. si diligenti. in 8. col. s̄. de fo. ꝯp. & Pau. de Leaza. in ꝯmento c. testimonium. in 5. col. ff. de test. & Ana. in c. accedens. in 1. col. ȷ̄. de ac. & demā p gl. fi. in c. ꝯstitutis. el 3. ȷ̄. de app. & ibi p do. Abb. in vlt. col. Sed vltra alios hic pulchre dubitatur, quare est ꝙ hic ꝯceditur repetitio post solutionem, & tñ ī casu c. cum ꝯtingat. ȷ̄. e. & auth. sacramēta. C. si aduer. vē. iurm firmat ꝯtū à iure ciuili improbatū irreuocabilr, & nō indulget hoc bñficio repetitionis? Rñdet eleganter An ch. in repe. regulæ, accessorium, in 7. col. de reg. iu. li. 6. ꝙ in casu, in quo ꝯtus prohibet odio creditoris, si in tali ꝯtu superuenit iurm, debitor pp vinculum iurī cogitur soluere, & sic iurm suum adimplere, si soluerit, repetere poterit. Ita loqtur iste tex. per quem ipse notanter infert, ꝙ si filiusf. recipiens mutuum obligaret se ad solutionem, pp vitādum periurium dēt soluere, sed pt postea repetere, qa pp odium creditoris ꝯtus est prohibitus à iure, arg. l. 1. ff. ad Mace. & idem in pacto l. commissoriæ, de quo in c. significante. de pig. & in oī ꝯtu ꝓhibito odio alterius ꝯhentis tm̄, vt si metu periurij qs soluat, possit postea repetere. Et hoc no. Bart. ſm eum in l. si qs p eo. in 4. ar. ff. de fideiu. vbi Bar. hoc expresse dicit, & est solennis ampliatio ad hanc decre. Quæ aūt sit rō, ꝙ isti ꝯtus prohibiti à lege non ita firmantur iurō irreuocabiliter, sicut ꝯtus initus cum minore, & alij de qb. s̄. rñdet Anc. ꝙ isti ꝯtus prohibentur fauore mulieris, minoris, vel filiorumfamilias, cui fauori vr posse renūciari pp iurm, quod semper est seruandum, vbi non nutrit peccatum. Remanet ergo in istis casib. ꝯtus firmus vigore iurī, quod non est in casibus prohibitis odio creditoris, vt per eum. Et istam ampliationem puto verissimam, & valde notabilem, & sequitur do. An. in c. cū ꝯtingat. in quarto membro, ȷ̄. eodem. & ibi Im. Est verū, quod in illo exemplo de filiofamilias Imo. ibi dubitat, & multum se inuoluit, qa mutuans nō recipit turpiter. Patet ex l. 1. ff. ad Maced iuncta l. sed si pr. §. fi. eodem. ti. & l. q exceptionē. ff. de ꝯdi. inde vbi si spōte soluitur, nō repetitur, & lȝ ad hoc rñdeat, ꝙ tūc vr donare, secus, si metu iurī soluat, tñ ipse ꝯcludit, ꝙ vbi essemus in loco, in quo ex mutuo tali nō sequeretur mors parētū, soluēs vigore iurī non repeteret. Et cū hoc transeo. In ea. gl. ibi, dolo petis. Clare non reprehendit, dic, ꝙ exceptio resultans ex regula, dolo petis, quod statim restituere debes, de qua in iurib. allegatis in gl. & in regula, dolo facit, ꝓcedit rlr. Fallit, qñ subest cā suadens denegari exceptionem ꝑdictam, q̄ tñ non suadet denegari restitutionem, & ita contingit hic, vt satis colligitur ex ꝑdictis. Posset ēt dici, ꝙ illa regula procedit, vbi qs petit ex obligatione quæsita illi, q dēt restituere, secus qñ petit ex obligatione q̄sita, per id, quod habetur in l. socer. §. Lucius. ff. solu. matrimo. & ita hic, nam qñ agitur ex iurō, petitur virtute obligationis q̄sitæ Deo, sed restitutio fit alio respectu, qa indebite reperitur creditor recepisse, iō nō obstat dicta exceptio. In eadem gl. ibi, q̄ sic soluit. Contrarium procedit, qñ creditor licite reciperet solutionem. Secus, qñ solutio non improbatur à iure respectu recipientis. Et sic illicite recipit, & peccat recipiēdo, qa tūc nō hēt locū dicta regula, p istum tex. Item in casu illius legis soluit apposito pacto expresse, ꝙ possit repetere, hic aūt simpliciter soluit, & vno iure soluit, s. ratione euitādi peccati, & alio iure repetit, s. cōdictione indebiti, vel ob turpem causam, ſm Hostien. Imo & do. Abb. hic. Sic ēt aliquando soluens liberatur, si dominium fuit translatum, licet statim alio iure consequatur, per l. si quis duos. ff. de solu. ſm do. Car. hic. Adde hic Bald. in repe. l. secundæ, in 17. char. ver. quo ad octauā. ff. de iureiu. vbi istud ꝯrium late fortificat, postea respōdens vnico verbo, ꝙ iste modus repetendi est quidam modus irregularis, & est ratio, quia modus soluēdi fuit irregularis propter iuramentum. Vnde ex quo regulæ iuris corrumpūtur in antecedenti, necessario etiam in consequenti, & cum exactio excedat suos terminos, exceditur à non suis terminis, l. prima, in fi. C. de edi. di. Adr. tol. Et rō specialitatis soluit oēs ꝯrietates, & est talis, ſm ipsum, quia hic fuit indebitum ex necessitate, non ex liberalitate solutum est, de indebito isto non potuit disputari ante sententiam, ideo disputatur post, qa illud ius disputandi est postea ortum, & licet vna manu soluat, alia repetere pt, qa actus soluendi ꝯtinet factum momentaneum, q in īstāti ꝯplet, secus in facto successorio, vt no. in le. corruptionem. C. de vsufruc. Et sic non obstat l. inter Castellianū. ff. de arbi. qa in iudicio finiū imponitur turbanti fines silentiū, & loquitur de ꝑpetua, l. si prius. ff. de ope. no. nunc l. Aurelius. §. centum. ff. de lib. le. Et idem dicit Bal. hic, dicens, ꝙ solutio debet esse perpetua, qñ habet perpetuam causam. & dicit notari in l. Neratius. ff. de ꝯdi. inde. Adde etiam Arch. in regula, accessorium. in octaua colum. ubi respondet ad dictum contrarium, ꝙ momentanea solutio liberat ab obligatione, & tñ solutum ex alio capite qñque repetitur, ut contingit in possessorio retinendæ, ꝯ quod non admittitur aliqua exceptio, l. si quis fundum. C. ad le. Iu. de ui. & tñ potest ad eādem rem agere, sicut etiam contingit in multis casibus, in quibus reijcitur, ex quo ei est saluum ius agendi, ut p Ioan. And. in ca. fi. supra, de ord. cogn. & facit cle. prima, de re iud. ubi permittitur agere ꝯ sñīas executas, & non excipere, ſm eum. Adde etiam Bal. in auth. ei, qui. C. de bo. aut. iu. pos. ubi ꝯ istum tex. opponit de d. l. quæ sit. & respondet tribus modis. Primo, ꝙ ibi soluit eo pacto

cto,vt statim crederet,hic solui t sine pacto. Secundo,φ illa lex loquit,qñ numeratio nullū hēt effectū,sed hic af fert effectum,qa debitor liberatur à periurio, vt non sit periurus,& ista solutio probat̃ p l. si tibi.ff.si cer.pet.& l. seruus dotali.ff.sol.ma.Vel aľr soluit, φ lex ɔ̃ria procedit,vbi ex eodem fonte fieri dēt restitutio,sed hoc fit ex nouatione,idest ex quasi ɔ̃ctu, ex quo in ipsa solutione oritur ɔdictio indebiti. Postea Bald.ēt opponit ɔ̃ istum tex.φ creditor non sit audiendus,qa agit p calumniam, & rñdet,φ non est calumnia,ex quo ius permittit. Non obst.φ sit turpitudo ex parte solius stipulatoris,qa iurm̃ non patit̃ de ista turpitudine quæri. In ea.glo.ibi, metu iurī. Hoc verbū reprehenditur hic ab oībus,quia sequeretur,φ vbi soluit non præcedente iuro,non possit repetere,ex quo cessat metus iurī,&tñ pōt repetere f̃m Hos. & alios hic,pro quibus alle.do.Abb.c.ad nostram. j̃. de emp.& ven.& c.illo vos.j̃.de pig.& clarius c.qa frustra. & c.Michael.j̃.de vsu.Et si diceretur, φ soluendo scienter indebitum vr̃ donare,l.Campanus.ff.de ope.li.rñdet Imo.& post eum do.Abb. φ vbi alia coniectura, q̃ donationis,capi pōt,non p̃sumitur donatio,l.si cum aurū. ff.de sol.l.eleganter.§. q reprobos.ff. de pig. ac. Sed hic est alia ɔiectura,qa si soluit in principio,mutui annullatio,est cupiditas mutui,non animus donandi,per l.cum de indebito.ff.de prob.Si soluit durante mutuo,fecit vt creditor non molestaret eū sup sorte, & sic ut plurimū ɔtingit.Si soluit post sortem solutam, p̃t dici, φ soluit, vel vt habeat alia vice creditorē æque facilē ad mutuū, vel ne apud vulgus notaret̃ de fractiōe ꝑmissionis.Cessante ergo sp ɔiectura donatiōis, ɔpeteret repetitio ɔdictione indebiti. Nec obst. φ scienter soluendo possit repetere,qa illud fallit,qñ recipiens solutionem illicite recipit,& cum peccato,prout hic,& cessat ɔiectura donationis in soluente. Vbi aūt creditor licite & sine peccato reciperet,si scienter soluat̃ indebitū, nō repetitur, f̃m prædictos,p l.1.ff.de ɔdi. inde.& dictum est s̃. ver.in ea.gl.ibi,q̃ sit. In ea gl. in fi. Si ita esset,φ sp posset agi ɔ̃ creditorem,vt liberet,facile esset semp euitare coactionem,de qua hic,& iō intellige istam coactionem habere locum, vbicunque absolutio amplius peti non pōt, puta,quia est incursum periurium,vel instat tps,f̃m ea,

6 quæ diximus in c.1.s̃.eo.In † gl.si ibi,non est peccatum. No.φ recipere ad usuras nō est peccatum, sed dare. Idē gl.in c.1.s̃.eo.Et de hoc multa dñr,vt hic p Imo.& p eūdem in cle.1.de vsur.& ibi p Anc.in prin.3. q. & p dom. Car.in 26.q.p Inn.do.An.& oēs in c.super eo.j̃. de vsu. per Arch.late in c.si quis vsuram.14.q. 2. & in c.mouet te.circa prin.22.q.1.p bea.Tho.2.2.q.78.ar. vlt.p do.Ab. in c.cum in ecclesiæ.circa fi de symonia. p Lau.in trac. de vsu.q.9.& in effectu uerum est, quod dr̃ hic in gl.Nō obst.φ dans & recipiens habent se ut correlatiua. Ergo dispositum de vno,debet disponi de reliquo, l. fi. & ibi Bar.ff.de acceptil.cum oībus similibus, quia non est sp verum, vbi datur diuersitas rōnis. Patet instantia ex gl. hic,in adulterio,in quo ambo non peccant. Facit gl.in c.1.j̃.de locato.vbi pœna apposita locatori, non habet locum in ɔductore,& ibi eleganter do. Abb.allegando gl.in cle.1.de ɔ̃san.& affi.facit quod no.Bar.in l.multū. ff.de ɔdi.& demon.ubi Iudæi sunt prohibiti emere, sed non vendere. Et aliis modis dari posset instantia. Bene verū est,φ vt dr̃ in dictis locis,aliquando est peccatum, nedum dare.sed etiā recipere,puta,qñ quis inducit mutuantem.qui alias non mutuasset,vel quando quis causa lasciuiæ,vel ludi,uel inhonestatis accipit ad vsuram,

7 & si hoc facit, & cū oīno alias in fœneratitio, vt hic p Imo.In † ea.gl.ibi,alias non compellentur.Pondera bene istā gl.vltra Doc. quæ vult φ ubi esset peccatum recipere ad usuram,iurans non compelleretur,& hoc esset in casu proxime dicto,& sic esset singularis limitatio ad hanc decre.quia videretur cessare eius ratio, quæ est, φ cessat turpitudo ex parte recipientis, quia imo non cessat.Sed Imo.solus hic tenet ɔ̃rium, licet ad istam gl. non aduertat,qa,f̃m eum,ēt ubi quis recipit ad vsuram p lasciuiam,& iurat soluere,obligatur ad soluendum,

tum,qa iste tex.indistincte loquitur,tum,qa actus solutionis fit sine peccato. Ergo iurm̃ ligat,c. si uero j̃. eod.

8 Extra † glo.quæro primo,si quis iurat seruare statutum sup vsuris,vtrum ualeat iurm̃,Aliqui dixerunt, φ sic p istum tex.Contrarium decidit Bal.in l.eos.§.super vsurarum. C. de usu.qa multum refert,utrum iurm̃ ueniat ad corroborationem statuti,& tunc, si statutum non tenet,non tenet iurm̃,an ueniat ad aliquod dandum, uel soluendum,& tūc procedat iste tex. Alle. no.in ca.dilecto,j̃.de p̃b.Adde gl.in terminis in cle.1.in uer. iuro,pone mutuaui tibi centum Ferrariæ, quæ promisisti mihi remittere de partib.tuis in Paschate,adueniente termino non mittis, ego nolens te effici infamen, fui protestatus,φ nolebam te esse ꝑiurum,& hoc te absente,an eris infamis.rñdet Bald.in l.eos. φ nō,qa remissum est tibi iurm̃. Alle.l.Labeo.ff. de iureiuran. ētsi certum sit,φ in termino non poteris soluere,quia pœna legalis est. Alle.Bar.in l.cum stipulatus sim mihi à Proculo.ff.de uer. sign.Secūdo quæro, soluens usuras,uult eas repetere,an indigeat absolutione à iuro.respondet Bal.in c.1. in pe. col.s̃.eo.aut iurauit soluere,& non indiget absolutione à iuro,aut iurauit non repetere, & tūc

* refert,an uelit directo repetere,& nō pōt,nisi absoluatur à iuro, aut indirecte denunciando crimen ecclesiæ, & poterit,nisi sit de illis, qui denunciare non possunt,f̃m no.in c.nouit s̃.de iu.

* Repetere. *Adde Old.cons.186. incip. licet ex ordine.cum concor. per eum ibi.*

9 Tertio † quæro, utrum iurans non petere absolutionem a iuro, possit petere absolutionem ab hoc iuro? * Lud. Ro.dixit,φ non,cons.327 inci. In pñti consultatione.in prin. Alleg. glo.in c. tuas.in uer.desistere. j̃. de usu. quæ dixit,f̃m ipsum,φ iurans non petere absolutionem,cogitur tale iurm̃ seruare,sibi tñ succurritur,qa denūciare pōt ecclæ,se iurasse absolutionem nō petere & quaľr is,cui iurauit,p̃seuerat,ut in c. quemadmodum.j̃.eo.quo ɔstito poterit iudex partem ɔpellere ut iurm̃ relaxet,c.1.s̃.eo.& c.ad nostrā.el.2.j̃.eo.Vbi aūt mā,sup qua principaliter est iuratum,seruari posset sine peccato,p̃dicta nō ꝑcederent, f̃m eū. Bal.aūt in repetitione l.2.in 15.char.uer.quo ad primā. format istam qōnē,& t3,posse peti absolutionem,qa id iurm̃ inducit creditorem ad delinquendū,ergo relaxandū,l.si unus. §.illud.ff.de pac.Item ex parte creditoris uersat̃ turpitudo, ergo sibi nō q̃rit̃ ius ex tali sacramēto,l.fi.ff.de ac.& oblig & p alias rōnes,de qbus ibi. Dicit tñ Bal. φ relaxato hoc iuro petet̃ absolutio alterius iurī. Vñ tot erunt necessariæ petitiones & relaxationes, quot sunt iura, & unius relaxatio alterius origo ꝑficiscit,ut ibi p eū, quod ultimū tenuit ēt Bal.& Imo in l. licet hæc scriptura.ff.đ ɔd.& demon.quod no. ɔ̃ Pa. de Cast. ɔsilio 219.quem retuli in c.1.s̃.eo.in 8.q. Et hanc partem, φ dicta absolutio peti possit,tenet Imo.in c.1.in 3.col.s̃.eo & ibi incidēter retuli in tertio remedio.& adduci pōt,quod dispu tando ɔcludit Richardus ī quarto sñiarum,dis. 34. quē seqtur Astesanus in sua solenni Summa, li.10. q.20.art., 11.ubi dñr,φ si qs uoueret non petere dispēsationem in aliquo uoto à Papa,nō tenet̃ hoc uotū seruare immīnēte necessitate, ubi non posset ɔsuli saluti non petendo.

* Iuramento. *Adde Socin.conf. 59.incip. in causa nobilium. in 2.dubio.par.3.*

10 Quarto q̃ro,an † procedat iste libellus,peto ɔ̃ usurariū me absolui à sacramento, & me absoluto ɔ̃ eum procedi,& eundem ad restitutionem usurarū ɔdemnari?Respondet Bal.φ nō,in repetitione l.edita. in 30. col. uer. dubitat̃ de isto libello.C.de eden dicens,φ talis cumulatio nō ꝑcedit,& ita fuisse ꝑnunciatū,qa nō sum habilis, nisi prius sim absolutus,& prius p̃sona est habilitanda,q̃ actio cumulanda, & ego non habeo potentiam proponendi,ergo male ago. Ad hoc l.qñ Alexandrum. C.de adul.& l.qdā referunt.ff.de iure cod.& l.lib.nec ne.ff.de

11 pe.hęr.f̃m ipsum.Quinto q̃ro,aliquis † iurat ɔ̃ctum esse de pura & uera sorte,& ipsum obseruare,an possit petere absolutionem à iuro? Vr̃,φ non,quia allegata turpitudinem suam.Ergo non est audiēdus,c. inter dilectos. j̃.de

ĵ. de don. Item aut est verum, ꝙ iurauit, & iurm relaxã-dum non est: aut est falsum, & tunc ꝑ relationem euitari non põt periurium, l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de ver. obl. SOL. Bal. format istã qõnem eleganter & multum diffuse in d. repe. l 2. in 15. char. eo. ti. & ꝑ euidentia discutit qnque casus, in qbus dubitari põt an audiat allegans turpitudinem suam, & tertius casus est, qñ qs alle. turpitudinẽ suã, * ad hoc vt rescindaẽ illa turpitudo, & tunc dr̃, ꝙ ẽtsi iste agẽs certat de dãno inferendo alteri, qa participauit dolũ, vel q̃rit lucrũ illicitũ, audiẽ actor, qa magis est fauendũ actori, q̃ aduentitio lucro rei, & ꝑ hoc in qõne ꝓposita vr̃ audiendus. Alle. no. in ca. 1. s̃. eo. Sexto q̃ro, reci-

* Turpitudinem suã. *Adde Auto. in c. tertio loco, supra de præsum. & in c. sciscitatus de rescrip.*

12 piens † mutuum detulit in ꝯctu vel postea iurm danti in fraudẽ canonis, & creditor iurauit ꝯctũ esse de uera sorte & sibi deberi, an possit reus allegare, ꝙ ꝯctus sit fęneratitius? Rñdet Bal. d. repe. in 16. char. ꝙ si illud iurm emanauit de plano extra iudicium, non valet, qa ecclã de his fraudib. & cautelis non dẽt curare, alias esset aperire viam fraudib. fœneratorum. Si aũt illud iurm delatum fuit actori iudice deferente, vel approbante, valet, & imponit silentium, qa iudicis authoritas p̃sumptionẽ fraudis excludit, arg. l. & gñalr. ff. de noxa. & qa deferens alteri iurm cogiẽ illi stare, l. non erit. §. dato. & l. iusiurãdũ, qđ ex ꝯuẽtione. ff. eo. alias sequiẽ, ꝙ cã vsurarũ iudiciali vel necessario iuro terminari nõ posset, qđ est falsum, s̃m ipsum. Simĩlr ꝯcludit ibi Bal. posse peti absolutionẽ à iuro, qñ debitor ꝑpactũ remisit creditori officiũ iudicis, & oẽ remediũ iuris ꝯpetens ꝑ relaxatione iurĩ. Simĩlr disputando ꝯcludit Bal. ibi, ꝙ si ille q iurauit soluere vsuras sub noĩe sortis fecit ꝓcuratorẽ ad ꝯfitendũ debitũ, & ꝓcurator ꝯfessus est in iudicio, & ideo emanauit p̃ceptũ de soluẽdo, nihilominus, põt peti relaxatio iurĩ, & illud p̃ceptũ erit nullũ, ꝯcludit, qđ si creditor fingit se habere litem cũ debitore, & iõ extorquet ab eo noĩe trãsactionis aliq̃ ꝓmissionem ĩ fraudem vsurarũ, nõ erit stãdũ huic transactioni ẽt iuratæ, sed ꝯpete

13 ret absolutio. Septimo & vltimo q̃ro, aliqs † iurat non recipere restitutionẽ vsurarũ, an poterit hoc nõ obstante recipere? Hos. dicit, ꝙ nõ, sed fiet restitutio pauperib. vt ipse no. in summa huius tit. § q̃ censeanẽ. ver. q̃uis soluam. Contrarium credit Bal. ind. rep. l. 2. in 17. char. ver. quo ad nouam. qa l3 iurãs nõ possit recipere, tñ eius hęres poterit, & certũ est debitũ, l. nã ad ea. ff. de ꝯdi. & de mõ. Ergo non põt alteri soluere, qđ certũ est alteri deberi, nec facienda est eleemosyna de alieno, 1. q. 1. nõ est putanda. Imo species est furti de alieno largiri, salua reuerẽtia debita do. Hos. s̃m ipsum. Nõ tñ declarat, penes quẽ interim stabũt dictæ vsuræ, sed forte penes epm̃, ar. notatoriũ in c. cum sit. ĵ. de Iudæ. Postremo tene menti

14 dictum Inn. hic, ꝙ † l3 ad solum Papã ꝑtineat dispensatio liciti iurĩ, vt diceẽ ĵ. eo. c. quanto. tñ eps̃ tale iurm p̃t ꝯmutare, vt si qs iurauit ire ad Sanctum Iac. põt ꝯmutare, vt vadat ad sepulchrũ, arg. c. 1. & 2. ĵ. de voto. Et hoc retuli post d. Ab. in c. ꝑuenit. el 2. s̃. eo. Et dicit hic dom. Car. ꝙ semꝑ putauit hoc dictum notabile, vt dicamus drĩam inter dispensationem, & ꝯmutationem, & ꝑ hoc habetur casus, quo eps̃ absoluit à iuro licito. Item habes ꝙ põt dispositionem non iuratam commutare in aliã. Item põt, si sit iurata, & sic ꝑꝑ vim accessorij episcopus absoluit à iuramento licito, s̃m ipsum. Item ad intellectum huius ca. vide subtilia verba Bal. in l. non dubium. 22. opp. ver. sed ꝯ hoc videtur tex. C. de legi. & etiam aliquid tangit in 12. opp. & per Fed. cons. 301. & dom. Ant. in c. fi. supra de pac.

SVMMARIVM.

1 *Pignus consistere potest in possessionibus & reditibus.*

2 *Absolutus ab excommunicatione cum solennitate debita de parẽdo mandato iudicis, non reincidit ipso facto in excõicationem, quamuis mandato non pareat.*

3 *Fructus intelliguntur deductis expensis & nu. 4.*

5 *Cautio, hoc nomine intelligitur simplex promissio.*

6 *Fallit hæc regula in cautione prætoria & alijs casibus hic positis.*

7 *Et quid, si dicatur, sufficienter caueat. nu. 8.*

9 *Cautio si sufficiat ĩ aliquo casu, an requiratur hypotheca bonorũ.*

10 *Statutum si requirat cauere cum fideiussore, & euidẽter quis appareat idoneus, an sufficiat nuda cautio.*

CAPITVLVM VII.

AD nostram. Debitor, q iurauit creditori nullum grauamẽ suꝑ re pignorata inferre, donec soluerit, non audiẽ petens pignus volendo compẽsare fructus, sed dẽt prius debitũ integraliter soluere, & demũ rẽ cũ fructib. ĩde p̃ceptis exposcere. H. D. s̃m do. Car. quem sequiẽ do Ab. In † tex. ibi, possessores. No. ꝙ licite capiẽ qs in pignore possessiones & reditus. Et no. ꝙ verbũ possessio, qñque capitur ꝑ proprietate * rei, non pro nuda possessione. Facit c. qm̃. §. vt si suꝑ. s̃. vt li. nõ cõtest. s̃m do. Abb. hic Adde ꝙ si testator dicit, lego possessionem q̃ habeo in tali loco, non intelligitur de simplici possessione, sed de dominio directo & vtili, s̃m do. Anto. in c. ad sedem. in fi. 1. col. s̃. de rest. spo. & do. Abb. in c. qui cum fure. infra de fur. ꝑ l. interdum. ff. de ver. obl. & bene facit l. Titia. §. Lucius. ff. de le. 2. ibi, villam causari & oĩb. possessionibus suis. Et ꝙ in dubio verbum possessio, intelligatur de naturali, vel ciuili, non aũt de nuda detentatione, colligitur ex notatis ꝑ Bal. in l. 1. C. communia de vsuca. & in l. sciendum. §. 1. & 2. ff. qui satis. cog. ꝑ Bar. in l. naturaliter. §. nihil ꝯmune. in 8. col. de acqui. pos. & Imo. in l. 3. §. ex ꝯrio. in 1. col. & ibi Ro. in §. ex plurib. eo. ti. & Ang. in l. prohiberi. in fi. ff. de pet. hære. nisi rõ subiectæ materiæ aliud inducat, vt in l. cõi diuidundo. §. neq;. cum gl. ff. cõi diui. & in l. quod serui. in ver. possidet. ff. de acqui. pos. & l. stipulatio ista. §. hoc quoque. & ibi Ro. in fi. ff. de ver. obl. In tex. ibi, reducatis eundem No. ꝙ † absolutus ab excõicatione cum solennitate debita de parendo mandato iudicis, non reincidit ipso facto in excõicationem, q̃uis mandato, vt promiserat, non pareat, sed opus est, vt de nouo in illum reducatur. Fallit in casibus, ꝯtẽtis in c. eos. de sen. exc. lib. 6. s̃m do. Abb. hic. Et idem ipse ponit in c. qõni, qñ. vbi bonus tex. ĵ. de ap. Adde Rotam in formis, dec. 487. inci. Si excõicatus. * vbi dicit, ꝙ si excõicatus coram iudice, vt absolueretur, ꝓmisit parere iuri & mandatis ecclæ, si nõ adimplet qđ ꝓmisit, ipso iure reincidit in excõicationem si fuerat excõicatus à canone, vel à iure, ꝑ d. c. eos. vbi aũt fuit excõicatus ab hoĩe, & ẽ absolutus cũ cã, vt s̃. si nõ fecerit, qđ ꝓmisit, nõ est ipso iure excõicatus, sed ꝑ eũdẽ iudicẽ ĩ eãdẽ sñiam ẽ reincõdẽdus. Ita Io. de Ana. in d. c. eos. Nec est mirũ, ꝙ ꝑ eũdẽ iudicẽ, q absoluit, possit reduci ĩ primã sñiam, qa sub ꝯditione vr̃ absolutus, q̃ꝯditio si deficit, ñ vr̃ absolutus, & maxime si ĩtra annũ à tꝑe absolutionis primus iudex velit eũ reinducere, qa ꝑ tm̃ tps̃ vr̃ eius iurisdõ durare, vt ĩ c. iquirẽti. s̃. de of. dele. uel, s̃m eos, ẽt in illo casu post annũ, qa sub ꝯditione vr̃ eũ absoluisse, & sic non vr̃ functus offõ, nisi esset ꝯditio, ꝑ l. l3. in fi. de iure do. Adde ẽt Rotam ĩ for. dec. 399. inci. si pronuncieẽ. * ubi latissime disputat, an in hac reinductione requiratur cãæ cognitio, citatio & canonica monitio. & concludunt ꝙ sic, sed dñt, ꝙ citatio sufficit ꝑ canonica monitione. In † glo. 1. in prin. No. gl. cum iurib. suis, ꝙ verbum Fructib. intelligitur deductis expensis. * Ad idem l. fructus. cũ ibi no. ꝑ Bar. ff. sol. ma. & l. sed si hoc. §. quædam

* Proprietate. *Adde Alexa. in rub. de no. oper. nunc. & Bened. de Plumb. in l. 1. e. ti.*

* Si excõmunicatus. *Adde ꝙ est decisio 11. ti. de senten. excom. in nou. & adde decis. 23. in antiq. eod. ti.*

* Si pronuncietur. *Adde quod est deci. 7. titu. de senten. excommu. in nou.*

* Expensis. *Ad de Specul. in titu. de expens. §. 1. ver. expensæ.*

quædã.& ibi Bal.ff.de ꝯdi.& demonst Et idẽ de verbo
Reditus,l.fundi Trebatiani.ver.ex locatione fundi red
di.ff.de vsufr.leg quẽ tex.ita allegat Bal.in l.neque.infi.
C.de ꝯpens.& in l.cohæredibus.ff.fa.erc. Et dixit Ange.
Imo.& Roma.in d.l.fructus,ꝙ si de fructibus dẽt solui
gabella,intelligit̃ deductis expẽsis.Idẽ Bal.ĩ l.1.C.đ fru.
& lit.expẽ.Et lꝫ Bal.Pau.de Cast.& Raph.in d.l.fructus.
teneat ꝯ̃rium æꝗparãdo gabellã, q̃ ẽ iuris diuini, iuxta
l.fi.C.de sac.sanc.eccl.tñ primũ est verius,qa non sem-
per est eadẽ rõ,cũ aĩa respiciatius diuinũ,& ius publicũ
corpus,ut ꝑ gl.in c.cũ ꝯtingat.ĩ.eodẽ.& vide gl.in l.per
diuersas.C.mãda.q̃ dicit,ꝙ quoties æstimat̃ actio, intel
ligeret̃ deductis expẽsis,& eã dicit ibi Ang.esse meliorẽ
de corpore iuris.Et de mã ꝑ Anch. in c. si ꝑꝑ tua debi-
ta,de rescri.li.6.& ꝑ Im.in c. ꝑꝑ sterilitatẽ. ĩ. đ loca. &
Ang.l.1.C.de fruc.& lit.expen. & ibi solẽniter ꝑ Bal. Et
ibi dicit Ang.ꝙ fructus intelligunt̃ deductis impensis,
& opera.& labore. Dicit ẽt ibi Bal.ꝙ detrahunt̃ expen-
sæ,quæ fiũt cã custodiæ. Alle.Spe.de dolo, & ꝯtumacia.
4 §.finali.Ex his infert̃, aliqs † impetrauit bñficiũ vsque
ad valorẽ centũ aureorũ singulo anno, demũ vacauit
bñficiũ reditus ducẽtorũ,aureorũ, tñ cõputatis expẽsis
nõ valebat vltra centũ,ꝙ istud bñficiũ censet̃ recte im
petratũ.Et ita no. Bar.in l. scd si hoc.§. quædã. ff. de cõd.
& demõ.& in l.j.ver.pone impetraui.C. de fruc. & li. ex
pe.& Pau.de Cas.in l.nõ amplius.ĩ prin.ff.de lega.1.Di
cit tñ,ꝙ curia Romana hoc ñ admitteret,qa tales gra
tiæ sunt odiosę. Alleg.c.quauis.el 1.de præben. li 6.Nec
obstat illa l.nõ amplius,qa loqtur in legatis, quæ sunt
fauorabilia,ſm eũ.Sđ tñ ꝓ dicto Bal.facit tex.ĩ d.cle. sta
tutũ.in fi.prin.de elec.ibi, rõnabiles deducant̃ expensæ.
& in c.pñti.§.porro.de offi.ord.li.6.Et istis adde Bart. in
l.quoties.ff.ad l.Fal.ubi dicit, ꝙ si donasti mihi rẽ valẽ
tẽ vltra qngẽtos aureos,tñ si deducta gabella,q̃ debebat
solui ꝑ donatariũ, nõ remanẽt quingẽti aurei, valebit
donatio sine insinuatione, ꝑ illũ tex. Et de mã latius ꝑ
Roma.in d.l.fructus.In gl.2.ibi,simplex promissio.No.
5 ꝙ † noĩe cautionis simplex ꝓmissio intelligitur.Ad idẽ
gl.3.in c.de Bñdictio. 32.qõ.1.& in l.habere.§.cautũ. ff.
de ver.sign.& Bar.& Bal.in l.sancimus.C.de verbo. sig.
& Bal.in l.1.in prin.C.de ꝓcu.& in l.vniuersa.C. de pre
cib.imper.offe.& in l.executione.in v.col.C.de exec. rei
iud.& Bart.in l.si prius.in 2. oppo. ff. de ope. no. nunc.
6 Istud † autem est regulare, sed fallit in plerisque casi-
bus,puta in cautione pretoria,qa intelligit̃ de sufficiẽ-
ti,hoc ẽ pignoratitia vel fideiussoria * nõ aũt de iuratoria,ſm Imo.hic, allegat l.ꝑ̃toriæ la.2.ff. de ꝑ̃t.stip. Idem dicas,vbi lex mãdat caueri cã cognita. l.in oĩbus ſm verũ ĩtellectũ,ff.de iudi. Idem,ubi nuda cautio nihil operaret̃ ut d.l.ĩ oĩbus. Idem ubi persona astricta ad cautionem esset suspecta,ſm Bal.ĩ d.l. sancimus. * & Bar.in d.l.si prius. Item, qñ dr̃,plene caueat,qa non sufficit simplex cautio,ſm gl.in l.si mandato Titij,alle.in
7 gl.Idem,qñ † diceret,sufficienter caueat,qa nõ sufficit simplex,vt in gl.nostra,& no.gl.in c.qm̃.§.in aliis,s̃.vt lite nõ ꝯtest.& in capitulo fi.ĩ. de pign. & in c.1.s̃.de sequest.pos. & fruc. & in c.
qua fronte.ĩ. de app. & in ca.ex transmissa. de rest. spo-
lia.& in c.1.s̃.de dolo,& ꝯt.& gl.2.& ibi do. Ab.in ca.ex
publico ĩ.de ꝯuer.ꝯiug.& gl.pe.in ca.ex parte.el 2.ĩ.de
ver.sign.& gl.1.in c.Pisanis.s̃.de rest.sp.Idem, si lex req-
reret cautionem ꝯpetentem,vt l.si debitori, & ibi gl.&
Bal.ff.de iud.& no.Bal.in d.l.executorem.in 5.col.& Ol
dr.ꝯs.68.inc.noĩe cautionis.qđ no.ad intellectum c. so-
let.de sen.exc.li.6.Idem,vbi requirit̃ cautio idonea, l. si
mandato Titij.ff.manda.& gl.ĩ ca.felicis. in ver.idonea.
de pę.li.6.& in c.q̃q̃.de vsu.eo.li.& in c.fi.de sen. exc. eo
li.no.Pau.de Elea.in disputatione inci. is, qui fideiussit.
in 3.col.& Old.d.ꝯs.68.& ibi dicit,ꝙ non sufficit hypo-
theca.Nec obst.l.quicunque.C. de oĩ agro deser. lib.11.

* Fideiussoria. *Adde Ale. in l.1. ff. qui satisd. cogã. & Card. in clem. 1.§.& qa.de pœn.*

* Sancimus. *Adde Bald. ibi col.1. ver.sed quid si verbum. Old.cons.6. & Pau. de Cast. cons.38.*

quia dicit Old.ꝙ Papa rñdet ad illam l.in ꝯsistorio, ꝙ
nõ faciebat,qa est ibi spãle,& ibi dicit tex.obligatis fun-
dis idonee caueat, sed non dicit, ꝙ obligare fundos sit
idonea cautio.Quid aũt,si dicat̃,satisdet,uel caueat?dic,
ꝙ si non est ꝑsona suspecta,sufficit nuda cautio,si est su-
specta,dẽt satisdare,ut no.gl.pe.in l.pe.ff.de pe.hæ.Quid
aũt de instr̃o reqrente cautionem?vide Bal.in auth.gñа
liter,in 1.col.C.de episc.& cle.& in l.1.ff.q satisda. cog.
& in d.l.vniuersa.& ĩ d.l.executione.& in d.l. sancimus.
Quid aũt,si dicat̃,caueat mediocriter?Dic,ꝙ sufficit cau
tio cum obligatiõe bonorum,l.filio.ff.vt le.noĩe cauea-
t̃.q̃ facit singularem Lud.Ro.d.§.interdum.Tñ illa l.nõ
ꝓbat,& imo vr̃ reqri pignus,vel fideiussor, ſm qđ reqri
tur in cau.ꝯpetenti,vel sufficienti, cum melior idem vi
deat̃ importare,qđ ꝯpetens, vel suffi-
ciens,maxime,qa cautio cũ hypothe-
ca dr̃ nuda,ſm Barto.d.l.ꝑ̃toriæ.la 2.
Quid aũt, si statutum facit mentionẽ
de cautione idonea? * dic, ꝙ intelligi-
tur arbitrio iudicis,ſm Bar.in d.l. uni-
9 uersa,in secũda col.Quid † aũt,si in a-
liquo casu sufficit nuda cautio, an re-
qratur saltem hypotheca bonorũ?Bar.dixit,ꝙ sic,in l.1.
ff.q satis.cog & Bar.& Ang in d.l. prætoriæ. & Barto.&
Ro.in d.l.si prius.& in d.§.interdum.ꝑ tex.in d. l filio. &
in d.l.oẽs.§.in hac aũt urbe.C.de epis.& cle.& in §.si qs
autẽ ꝓ pecuniaria. in Aut.de sanctissimis epis.Cõtrariũ
tenet Imo.in d l.ꝑ̃toriæ.& in d.§.ĩterdũ. qa hoc iure nõ
ꝓbatur.& iura ꝑ̃dicta loquũtur, qñ lex ꝯ̃ gñalem dispo
sitionem habentẽ,ꝙ dẽt caueri cũ fideiussore, prouidet
in aliquo casu,ꝙ sufficiat sine fideiussore,qa tũc ꝓmis-
sor releuatur à fideiussione,& grauatur in alio.s. ut obli
10 get bona,& istud verius. Quid † aũt,
si à lege a,vł statuto reqritur,aliquẽ cũ
fideiussore cauere, & euidenter appa-
reat idoneus,an sufficiat nuda cautio.
Dicit Bar.ꝙ sic,in l.qcũque. ꝑ illũ tex.
C.de fundis p̃rimonial.li.11. facit l. de
creationib.C.de epi.au.& qđ not.Bar.
in l.abstinẽdũ. C. quorũ appella. & gl.
sing in l.j.§.is aũt.ff.de ri. nup. & Bal.
in c.decernimus.s̃.de iud.cũ similibus.
Quid aũt,si lex dicat,ꝑ̃stet cautionẽ, q̃
põt.Dic,ꝙ intelligatur de iuratoria ꝑ
tex.in c.ꝑ nr̃as.ĩ.de don.inter vir.& u-
xor.Et ita dicit do.Ab.ibi ĩ notabilib.
dicẽs illũ tex.semꝑ allegari. Sed ipse-
met ibi in vlt.col.tꝫ ꝯ̃riũ,& melius,qa
si intelligeretur de iuratoria, nihil im-
portarent illa verba, qa quilibet põt
ꝑ̃stare illam.Et hoc no.qa faciet hono
rẽ.Quid aũt,si obligatus satisdare non
simpł̃r,sed modis ꝑ̃dictis, ñ hẽt pigno
ra,nec fideiussores. Nõ est qõ nr̃a, sed
vide Do.in ca.1.in fi.post gl.ibi, de do
lo & cõtuma.li.6.& Bald.in l.1 §1. C.
de asser.tol.& gl. in lege quarta. C. de
usufru.& do.Abb. in c.qua fronte.ĩ.de appell.& Bal. in
auth.cui relictũ.C. de indic. vid. & Pau. de Cast.in l.pri
ma,& in lege fideiussor.§.primo.ff.qui satisdare cogãt.
& Bald.in lege secunda,C.de vsufruc. lega.& Imo.in le
ge,non facile.ff.si cui plus, quam per l. Falci. & Pau. de
Cast. in l. si constante.§.quoties, solu. matrimo.& Bal.
in authentica,& qui iurat,in principio.C. de bon. auth.
iudi pos.& in lege finali,in tertio notab.C.de ord. cog.
& in lege tertia, in princ.C. de condictione ob causam.
Ex quibus locis potest elici regula, ꝙ
propter impotentiam satisdandi sta-
tur iuratorię cautioni. * Fallit in mul
tis casibus notabilib. de quibus in di-
ctis locis, puta, si quis esset impotens
ꝑꝑ malos mores,uel in causis crimina
libus,vel in eo,q semel deierauit, & in
aliis,de quib.ibi. In ea. gl. in fi. Instant

* Idonea. *Adde Alex.in l.stipulatio ista.§.alteri.de ver.obliga.& ibi. Bar. & Alex.cõs.37.vol.2.*

a Si à lege. *Adde tu,quod si quis est manifeste idoneus facultatibus ꝙ isto casu ad nullã satisdationẽ tenetur,nec ex dispositiõe legis,nec statuti, nisi subesset verisimilis cas⁹ suspicionis.Ita Pau. de Cast. in l.1. ff. qui satisd.cog.& in l.diuortio.§.interdum.ff.sol.ma. quãuis in d. l.1. do.Ale.dicat contrarium & ma'e, aliter tenet in cõsil.suo 176. incip. Viso, & oportune discusso processu. in 6.col.*

* Cautioni. *Adde an & quando & in qbus standũ sit iuratoriæ cautioni,et quãdo nõ, & an debeat iurari de credulitate*

tate ſe non poſſe inuenire fideiuſſores vt iuramentũ non ſit temerarium veritatis aſſerẽdo, ꝙ ſcire nõ poteſt. & an iurare debeat motu proprio, vel ad delationem iudicis, vide copioſe & no. Soc. conſi. 231. incip. cum in preſenti conſultatione, ver. primo probatur, cũ alijs ver. ſeq. in 2. par.

